nitudinis velocitatis duriciē molliciē 7 hu-
iusmōi: de quibus infra magis. Et pulsus
hic diuersis duo sortitur nomina: qz gradat-
us 7 equaliter vel inequaliter currens a me-
dicis nominatur. Dicitur gradat⁹: qz gradat-
im s̄m modis scalaz p̄cedit. Et vt res hec
facilius capiatur eā exemplis aperia. Nam
pono qz pulsus inchoat magnos 7 continue
parificando p̄cedit 7 sic descendendo par-
uis in sine remaneat: tunc hic pulsus erit di-
uersus vt p3 ex habitis eritqz gradatus: vt
p3 7 hic etiam qz in cursu suo equalitatem
seruauit dicitur equaliter currens. Deinde po-
ne ecōtra qz ex paruo sic fiat magn⁹: aut de
magnō paruus: ita tamē qz hāc d̄cām equa-
litatez non seruz: sed in suo reditu siue p̄ces-
su inequalitatez faciat: vt qz in medio cadat
vt vbi debeat esse motus sit quies tunc talis
diuersus erit 7 inequaliter currens. Simili-
ter si inequaliter augmentaretur aut dimi-
neretur. Et hāz diuersitatū generales cause
a diuersitate trium causaz cōtentiūaz p̄in-
cipaliter sumūtur vt a virtute primo ex par-
te multiplicis varietatis eius i debilitate et
fortitudine. Secūdo ab instrumento ex par-
te multiplicis varietatis cui⁹ ex pte obedi-
entie 7 inobediēte cū ē nimis durz aut molle

Tertio a varietate in augmēto ⁊ dimi-
 nōe ipsius necessitatis que omnia quasi infini-
 tis modis variari cōtūgūt: ppter qđ Auicē-
 na pulsū compositoz species quasi infinite
 sunt: ⁊ has nō consulo medicū venari: s; quo-
 niam pbilosophice magis sunt ⁊ a sensu qua-
 si remote: cū medicus sit artifex sensualis re-
 linquēde. Sunt ⁊ nōnulli ipsius diuersitatis
 pulsus speciales cause: vt ea que a cibo ⁊ hu-
 more puenire pōt: etiā virtute cōstante ⁊ in-
 strumēto p tunc obedite: aut nimia eius q̄ti-
 tas qua sit fortis cōpressio d'pafragmati cō-
 municata. vñ pullatilis in suo impeditur mo-
 tu ppter sibi nocumētū ⁊ cordi cōmunicari:
 ⁊ sic virt^o nō potest vniformiter arteriā mo-
 nere. Itē idē cōtūgūt morbo existēte materia-
 li ⁊ virtute p tūc debili existēte: ⁊ euz pre ni-
 mia multitudine hāozis virtus ⁊ calor suffo-
 catur: ⁊ sic grauata nō potest motū vniformi-
 ter cōtinuare: vt in p̄cipio febrīū putridaz
 uō raro cōtūgūt. Cōsīr quādo i venis est san-
 guis viscosus: ⁊ multa accidit diuersitas in
 pullu sua multitudine p̄mo virtutem suffo-
 cando ⁊ grauando. Item vaporando conti-
 nue maxime materia existēte in pectore ⁊ p̄ti-
 bus cordi pp̄inquis ledit lacertos mouētes
 ⁊ ipos impedit ⁊ virtutē debilitat vitalē. vñ
 diuersitas accidit sic ex parte instrumenti ⁊
 virtutis impedimento contingente ne vnifor-
 mis fiat motus. Quē autē multitudo sanguis
 talē causat diuersitatē declarat fleubotomia
 qua sic euacuato sanguine diuersitas remo-
 uetur. Idē operantur etiā anime fortia accidē-
 tia: vt cogitatio vehemēs tristitia ⁊ hūilimo-
 ditad que suffocatio consequit calorīs aut i-
 ordiuatis spiritūū motus. Nam inordinat^o
 motus: aut calidi naturalis suffocatio causa
 est diuersitatis. Et in diuersitandus pulsū
 ab auctoribus medicīe positis p̄sequēs in-
 nominatas relinquēs. Dico qđ spēs pulsū di-
 uerforz nominate ab Auicēna tresdici enūci-
 antur: ⁊ si in almanzorū duodecī tantū assi-
 gnētur: quaz in primis cadentem sua cū cau-
 sa describemus. Est itaq; pulsus cadens in
 medio pulsus qui quietē facit quādo motus
 esse debz aut motū facit: quādo qes debuit

apparere: que res digitis plane cōprehēdit:
 ⁊ cū p ipos d'astoles expectatur: tunc qes p-
 cipitur: ⁊ aliquādo tantū p̄cipiant frequentū
 am: vt qđ vbi debeat esse qes erit motus quē
 pulsū nōnulli sub gradato posuere. Et ce-
 teri sub raro reducētes ⁊ eum qui mouetur
 tpe quo quiescere debeat: sub frequentū collo-
 carunt inter talē ⁊ interceptū: moderni mul-
 ti nullā penitus d'iam ponūt. Unde aliqui
 subtiliātes magis enūciant pulsū illū in-
 terceptū: cū eius extrema duo diuersifican-
 tur in velocitate ⁊ tarditate ⁊ similitudine. I.
 quādo duo extrema vnus partis intercepta
 quiete diuersificant in tarditate ⁊ velocitate
 ⁊ breuiter non sunt similia: vt si. i. pars cadēs
 sub vno digitorz: cuius duo extrema moue-
 antur imaginata quiete partis mediet: ita nō
 qđ hec extrema d'iformiter moueāt quo ad
 velocitatē ⁊ tarditatē. Et p̄sequēs i l'ra Auicē-
 nē dicantur qđ interceptus est ille qui sepa-
 tur cum motu paruo. I. a motu alterius p̄tis
 ita vt cōtūgant duo extrema vnus partis
 intercepta quiete diuersificari: ⁊ in suis dif-
 ferētijs nō esse similia. Huius aut diuersita-
 tis cā est lassitudo virtutis ⁊ eius defectus:
 vt qđ ex vehemēti labore ⁊ exercitio: vt hñ^o
 virtus lassata sit: aut debilitata: aut defectō
 ei^o ex pte cāe intrinsece: vt ex parte male qua-
 litatis humoz aut animi accūtis. nā ex his
 ⁊ similibus accidit virtutis resolutio. Unde
 accidit quādoq; vt ppter forte animi acci-
 dēs ita diuertatur v̄tus aialis ⁊ vt^o pullatilis
 sibi subordīnata: vt motū suū intersecet qui-
 ete mediā. idē opatur fortis dolor qui maxi-
 me v̄tutē p̄ternit p̄imi secunda de cāis que
 ex dolore p̄ueniūt. Inq̄t. Dolor virtutē dis-
 soluit: ⁊ mēbra a suis pp̄iis operationibus
 phibz adeo vt mēbra ab aeris phibeat at-
 tractione: aut eius disturbat operatōem: aut
 facit eā interfectū aut frequentē: ⁊ omīno nō
 fm cursū naturalē. Et nota qđ fortis frigi-
 ditas calidā obtundēs sic qđ ad eius euentā-
 tiōnē vna sufficit percussio magna: vt inde qui
 escat quiete magna est cā cadētis in medio:
 vt p̄imi tertia de signis litargie. Repit
 ficādo pulsus diuersus capizans vnūcap^o

sine gazelans; et est pulsus qui in una parte tardus
existit: deinde cadit in medio: deinde veloci-
tat. Caprizans est qui variat in una percus-
sione in tarditate et velocitate et accidit huic:
ut festinus et stetit et cito redit et sui copulatus motus
et sic per pulsum hunc diuersum et non omnium esse
Et appellatur gazelans sine caprizans: quo-
nia in suo motu assimilatur motui horum duorum
animalium. scilicet caprioli et gazelli: que in solis cor-
nibus diuim inter se habent. Capriolus autem sine
capris motum suum tarde suscipit in saltando.
deinde in alto aeris quiescere videtur. deinde
perceptum velocitatem motum et multos facit saltus
ita in motu huius pulsus accidit: ut primo
tarde diastolis. deinde quiete intercipitur ali-
quanto tempore quiescens quando debet motum
continuari. deinde diastolas motum velocitatem:
hec et signa sunt ubi affit instrumenti obedi-
entia debilitatis virtutis et oppressionis eius.
Quare ut supra tot accidit in primo tempore diuer-
sitate et sic de causis eius cum habitis sufficiant.
Sub diuerso et est vndosus siue fluctuans
vel fluctuosus et est pulsus qui in Almasorio secundum la-
titudinem magnam parte digiti occupat cum leuitate
quod scilicet arteria est mollis ex repletione cum quo non est ma-
gna eleuatio neque subita: sed una eleuatio per
alia fit: ut in vndis aquarum est videre. nam in
eis pulsationibus id accidit quod est in vndis aquarum:
ut quoniam una earum sursum eleuat et alia de-
orsum deprimat et una magis alia: et una ve-
loci alia: et una tardius alia: et una altera
erit maior: altera minor: et una aliarum cito se-
quat et alia tardius ut in motibus accidit vn-
darum quas diuersitates apprehendit tactus in
eo qui propinquus est sudationi. Ideoque pulsus
sudare incipientium bene considerent. huius autem
causa secundum plurimum est virtutis debilitas. Unde di-
astole non potest fieri nisi paulatim et paulatim
ita quod virtus successive maiorat et minorat
pulsum ad modum vndarum non potest vniuersim
ter subleuare arteriam. Et dictum est secundum plurimum
quoniam in ea quicquid est lenitas siue mollicies ar-
terie dato quod vniuersim non sit multum debilis eo quod in-
strumentum molle et humidum non recipit concussio-
nem et motum in vnaquamque partem penetrantem
sicut est videre in corrigea et alia re mo-

bili. nam dura habet concussionem et motum be-
ne recipit vniuersim in suis partibus eo quod siccitas
est apta concussioni et tremori: propter
siccum fore proprio termino terminabilem
aut terminatum. Unde extremitas siccis
duri mouetur motu sui principij: ut experien-
tia demonstrat: sed molis humidis parte pos-
sibile est moueri vno motu alia parte hoc mo-
tu: eo quod humidum cito recipit separationem
et flexionem et diuersitatem figurationis: ut
notum est. Claudat in se cum huius pulsus de-
uersus pulsum vermiculosum: qui est pulsus
paruus multe spissitudinis similitudine enim
vndoso huius. Vndosus autem ut supra non est pul-
sus neque frequens sed eleuationes et depressiones
nunc frequentes: nunc tardas habens. Unde
hec in pulsu apparent vermiculose: sed sine re-
missione dicitur vermiculosus quia in suo motu: mo-
tu vniuersim assimilatur. nam primo ut a se mor-
tuus est paruus. Secundo frequens. Tertio
habens eleuationes et depressiones nunc fre-
quentes nunc tardas ut sensu visus comprehendit.
Et quidam dixerunt hunc pulsum esse velocem
sed ex habitis non est dicendus velocis: eo quod
veloci est quies notabilis et in supra de diu-
inter frequentem et velocem. Et huius causa est de-
bilitas virtutis notabilis siue fortis ita ut con-
iungant tarditas spissitudo et diuersitas pri-
mum pulsus eo quod vniuersim non potest in vno tempore de-
latare arteriam. scilicet debite. imo paulatim et pau-
latim facit spissitudinem tarditatem et paritatem: et
per debilitatem notabilem scilicet non intelligat vlti-
mata: quoniam vltiata raritate facit: ut supra
de raritate. Huic associatur formicularis:
qui est pulsus valde minutus similis motui for-
micarum: qui et visu cognoscitur. Nam quicquid in
eo sit diuersitas aliquid: tamen propter eius paruitatem
non apprehendit neque inuenit pulsus eo de-
bilior minorque spissior est enim vermiculoso
frequentior. Unde Avicenna. Et vermiculo-
si formicaris diuersitas in eleuatione ad supe-
riorem et processione et consecutione in sensu est ma-
nifestior ipsorum diuersitate in latitudine imo quod
si non appareret illud propter debilitatem virtutis mo-
dicam sit lata arteria. Formicaris tamen est valde
minor vermiculoso propter debilitatem virtutis.

maiozem esse in formicante. Quoz post tales sequit in pulsu raritas: tunc eger morti e pro pinqms. 7 no iudices ut supra ex tali raritate febre sine necessitate deficere sed egr. Et Et dixit Auerops. Quarto colligz qz cae v miculosi 7 formicatis similes sunt canlis. vñ si lz sint eis debiliores. Et est sexta spes pulsus diuersi: qua serinu nominant. 7 e pulsus serinus ut Auicenna qui in diuersitate partium suaz vndoso assimilant. 7 in eleuatoe ad superiora 7 in latitudine 7 precessione 7 cose cutione: sed est durior 7 ptes eius in duricie diuerse existit. Unde dicendū qz pulsus serinus est pulsus velox 7 spissus 7 durus cuius partes in magnitudine diastolis diuerse existit in mollicie 7 duricie. Et dr serinus ad si militudine denciu fere qui in suo processu in equalitatem seruant. Na vnus tendit ad de xra alius ad sinistra: 7 sic et reperit ut Auic. hec diuersitas in tali pulsu ex parte latitudinis suaz partiu quonia no vniformiter arteria fm se tota in digitos imprimi: lz modo cu vna parte ad dextz digitoz mo cu alia ad sinistra. Item sicut inter hos detes cadit cocanitas depressa: ita in pulsu hoc accidit: vt sub vno digito pcpiat motus arterie: 7 sub secudo quies. 7 sub tertio motus. 7 hoc dico in eodem tempore. Cū Rasis in Al maforio. Serinus e dur? cuius percussioe iuei tur diuersitas ex qua cu sub vno digito iuei tur percussio. in alio pcpit quies. 7 cum sub alio ges fuerit in alio sentitur percussio. 7 io vt supra 7 infra oportz medicū arteria qua tuoz cu digitis tangere 7 cōsitr ex parte alia rā driaz sit i eo pulsu pceptio diuersa: 7 sub vno digito pcpit velocitas: sub alijs tarditas: sub alijs fortitudo: sub alijs debilitas 7 ita de alijs. hic autem pulsus necessario durus e ppter quod a vermikuloso 7 formicā te differt: qui no necessario duri sunt. Item hic pulsus no e puius illoz opatioe. Item hic est velox 7 illi no lz frequētes. Lāe autem eius sunt. primo illud qd in canitate venit e btenū qtu ad pntrefactōem maturatōem aut cruditate. na hec pulsum sic diuersim fa dunt: quoniam ponit diuersitatem in necessi

tate quo ad eius augmentū vel decrementū. Consimiliter diuersificant partes arterie quo ad ipas esse molles 7 duras: nam fm qz res pntrefit 7 diuersimode diuersitas in pulsu accidit. naz ex multitudie vapoꝝ arteria extenditur 7 indurat: ex paucitate mollificat tua xime quando materia est humida. Cōfē mīr apostema corpus arterie extendendo indurat: ut in pleuresi accidit. Corigit 7 pulsus for serinu ppter diuersitate corporis arterie induricie: quia durus aut mollicie qz mollis quia .i. comunicat quadoqz arterie dure ali qua mollicies ppter vicinitate arterie ad me bz molle aut p materia humidā multa vt cō tingit in pleuresi in materia fleumatica i qre pit duricies ipa cu aliquali mollicie. Na in omni pleuresi est pulsus durus 7 ex signis es sentialibus 7 similt omis pulsus serin? etal. Auerops aut qro colligz dicit qz ei? ca e virtutis debilitas. Septimuz aggrediamur qua cam foricina vocant e pulsus foricinus: aut cauda foricina dicitur qui ordinatur in diuersitate suaz partiu ex diminutioe ad augmetum aut ex augmento ad diminutioem: vñ fm diuersitatem ordinatā magnitudinis et paruitatis cauda foricina ppre caniatut dr enim cauda foricina ad similitudine caude muris qz pcedit ordiate de grosso ad intilem patz incipiendo a parte terminata p pe aim 7 ecotra de subtili ad grossum. Multipliciter enim hac diuersitate imaginari possumus primo ut qz imaginemur primaz dia stolem aliquantulu magna secuda minorem tertia minore 7 sic vltra ordinate pcedendo de paruo ad minorem. vnde quando fit processus de magno ad puū fm dimensioez tuc dr cauda foricina finitima: qz itur uersus sine 7 tunc arteria primo apparz debilis 7 sic sp pcedit debilius imprimendo: vt in sine vix pcpiat. Cū aut e pcessus ecotra appellatur cauda reuolutina: qz ad pncipiū reuertit 7 tunc pulsus cōtinue angumentando pcedit de puo ad magiū 7 de maiori ad maiozem 7 debili ad fortem 7 fortiozes. Nota tñ qz hic pcessus pot ee ordinat? 7 iordinat? 7 no variabit nomē. Octaua species est susalia

siue actualis mesalinus appellatus quē certe
spēm foricini facere possumus: qui ex dimi
nutione pcedit: ad aliquē terminū in augmēto
postea declinat inferius eū ordine ad dimi
nutionem donec ad primū terminū diminutio
nis: et rdeat ē sicut due caude foricine q̄ ori
nuat apud maiores extremitates. dī fusalis ad
similitudinē quā cū fuso habz: aut actual ab
acu cum qua suunt forulares: quoniam ē i me
dio grossus et in extremitatibus subtilis qui
uostro in vulgari nominat substātia. Mesa
linus autē grece actual latine. Et huius pulsus
cā ē uirtus debilis pcedens de labore. i. pul
su magno ordiate ad quietē. i. ad diminutio
nē siue paruitatē: et pcedēs ex quiete. s. ex di
minutione seu puitate ad laborem seu magni
tudinē. hoc ē ad augmentū: dicim⁹ autē plus
uirtutē labore in magnificādo q̄ in puifican
do pulsus quoniam magnitudo ut supra ē dīa
uirtutū grauior. Et hec uirtus debilis nō intel
ligat ultimate debilis. sed in vnaē magis debi
lis q̄ i alia vbi grā. debiliōr ē uirtus in cau
da finitiua: et ista est deterior spēs in retoma
tina siue reditiua uirtus est fortior ut p̄ intel
ligenti: et est minus mala spēs. Sed qd dice
mus cū dicat Auicēna ille q̄ i vna pmanz di
spōe plus est uirtutis significans debilitatem
dicendū q̄ hec tertia spēs appellat mansua
et plus est uirtutis debilitatem significans q̄
supple non pmanēs in vna dispōe ut ē finitiua
et ideo dicebat Auicēna. Sed eis deterior
cauda finitiua. deinde mansua. postea cau
da reditiua: ut mansuū in medio ponerz et
non in extremo malicie p quam mansua intel
ligit pulsū q̄ in puitate pfenerat: nō quidem
quia in eadē pmanz puitate imo oriūne i illa
variat nō tamē descendit ad ultimā paruita
tis ut finitiua. Nona spēs est pulsus bis
pulsans in quo discordatū sunt sapientes si
ue medici. Quidā enim dixerūt ipm esse unū
pulsū diuersum tū in pcessiōe et cōsecutiōe:
et alii ipm esse duos pulsus quoz unus alius
psequit. Et rei ueritas ē q̄ est unus: et nō duo
de quo ralis in Almasorio. pulsus bis pulsas
ē cū arteria pcutiendo occurrūt digito et non
sentitur qes que sistoles dici debeat sed sen

su percipitur alia percussio que prima debet
lior existit ut accidit ex percussioe martelli
sup incidē: ppter qd martellin⁹ alio noie ap
pellat. nam ex percussioi martelli sup incidem
duplex catur percussio et prima maior est secū
da: ut p̄ ad sensum. Unde Aueroys quarto
colligz. Et potest eē ut sic dicatur eo q̄ pul
sationes due sunt. vna quia qes que ē inter
eas non habz tempus q̄ merat dici tempus
quietis: et ppter hoc nonnulli martellinū appel
larūt: quia motū martelli assimilāt qui cum
incidē pcutit binā causat pulsationem et meli⁹
dilatationem. Et dī pulsus hic bis pulsans: qz
ad eū causandū ad minus binā requirit pul
satio: cum quo tamen stat q̄ etiam ter pulsat
et dī vniū quia cōtinet vnam partem qz dya
stolē et nō alias. Et causa bis pulsantes ē for
titudō virtutis necessitas aueta et instrumētū
duricies faciens ipm inobediens: quia non
obediat uirtuti in diastolando in vna vice:
ut debz: et sicut si aliquis vult incidere alē
qd in vna incisione et nō est ei obedientia ex p
te iustri ut illud incidat in vna vice: tūc est in
uamentū p alia siue sequentē vice maxime. s.
cū necessitas augeat. Requirit enim fortitu
dō virtutis quoniam alr arteria scā prima di
latatione cōstringeret ante inceptōem secūde
cuius oppositū apparz in pulsu bis pulsante
Itē requirit necitas multa: qz alr uirtus nō
conaret facere fm diastolē. Item et iustri du
ricies que talē pulsationē impediāt aliter vir
t⁹ diastolē vald magnificat. Expediēdo de
cimatū dico q̄ ipa nominat pulsus intersec
tus. de quo supra de cadente in medio: et tū
ibi. Quidā tamē addūt dicitis supra q̄ inter
sectus ē i quo arteria quiescit qū debz mou
ri sed in medio cadēs ē diuersus: quia a suo
ordie cadit motū faciēs tpe quo quiescet de
bebit: sed in his medicus se nō occupz: quoni
am hec occupatiōes sepe deniant medicū d
arte sua quartū prima. primo capitulo. et tū
ad ea q̄ de ipō supra allegatō loco et differt
a gazalate quoniam secūda percussio gazalatis
aīcedit. s. plemētū primē: s. in cadēte ē pul
sus et percussio tpe q̄etis prima opleta percussio
ne. Et huius cāe expedite sunt allegatō loco

Undecima est pulsus spasmosus: q̄ similitudine h̄; cū pulsu spasmi. vñ secāda tertij de signis spasmi ē pulsus diuersus: nūc alt⁹: nūc de p̄ssus ad modū sagitte de arcu emisse: nūc alte nūc de p̄sse incedentis: in quo ē tensio arterie. ad quam duricies nō vera sequit̄: aut vera duricies: vt in spasmo de inanitōe siue sicco. Itē quoniam aliqui stat arteria cōtenta: vt mēbz̄ spasmatū: cui⁹ cā ē: aut mot⁹ nō natural̄ v̄tutis: q̄ p̄ter natural̄ quo natura p̄cepto nocumēto mēbz̄ cōtrahit ut in spasmo nō p̄portionato ad materiā: aut malicia in essētia arterie p̄ talē maliciā intelligēdo duricies ex siccitate pulsus spasmatic⁹: aut spasmosus Repit̄ ⁊ tremul⁹: qui sic dicit⁹ ē quoniam arteria tremit in sua pulsatiōe nō cōplete dilatata: nec cōplete cōstricta: imo cōmixtum dīminutis mota motibus. Cui⁹ cā vt. x. pulsū ē vt̄ fortitudo duricies in̄stri necitas aucta siue autē h̄is tremor puenire nō pōt. Nā tremor mot⁹ ē cōpōsit⁹ ex motu sursum ⁊ motu deorsum: i quo nec vt̄ ē totalit̄ potens supra resistentiā siue mēbz̄ grauitatē: nec totalit̄ ipotēs supra resistentiā: quia mēbz̄ cū sua grauitate stat cū v̄tute: sicut in eq̄ libra siue in q̄dā egpollētia si. n. virt⁹ nō cōstas; grauitas sp̄as opprimerz ⁊ si duricies n̄ cōstas; virt⁹ sua cōplerz dialtolē. Et si necitas nō est; aucta v̄tutis suū conatā cōtra duriciē nō facerz his itaq; sit̄. m̄tibz̄ sic aduicē cum tali egpollētia accidit pulsus tremul⁹: de quo Auic. prima tertij de lzara bito: ⁊ sic p̄z quō siue h̄is nō cōtingit pullum tremulū causari: ⁊ accidit in hoc: sicut si corpus q̄dā duz cōcūteret: ⁊ ē pulsus retortus filo q̄d torquet assimilatus. nā cū primo torquet filū ip̄m ex plurib⁹ filis cōponit̄ aduicē nō bñ cōmixtis ⁊ sic inegalitatē h̄z primo apparentē: sic ⁊ hic pulsus qualdā p̄tes altiores h̄z qualdā de p̄siores ⁊ qualdā ad dextz ⁊ qualdā ad sinistrz. Cū autē filū ē cōplete retortū: tūc p̄dca inegalitas nō apparz p̄portionabil̄ aut in pulsu hec diuersitas apparz qz i suis p̄tibz̄ inegalitatē h̄z ex p̄te situs: vt q̄ vna ē alta: alia de p̄ssa: vna ad dextrā: alia ad sinistrā: ⁊ sic de alijs q̄ ex siccitate arteria corrugante eneuūt. Propter quod accidit

ip̄m esse cū hoc duz: ⁊ nō nonnulli cordosum tremulū: ⁊ retortū sub serino collocauerūt p̄ eoꝝ inegalitatē cū duricie in̄stri. Cū h̄is ē cordosus. de quo Auic. ē ex summa retorti ⁊ assimilāt tremulo vez in tremulo dialtoles ē magis occulta ⁊ tensio in cordoso manifesta ⁊ h̄z oēs vt supra duri sunt ⁊ ita teueat q̄ in cordoso ē tremor: sed ē quasi occult⁹ resp̄cū tremulatiōis nī tremulo in qua est magis manifesta. Et retortus est supior ad cordosum: q̄a omis cordosus est retort⁹ ⁊ nō cōtra: quoniam cordosus vltra talē diuersitatē tensionez explicat: ⁊ i cordoso arteria magis eleuat q̄ in tremulo. Et h̄z pulsus in egritudinibus sic cīs maxie reperiūtur: quoniam talis diuersitas a cōmixtōe arterie sit q̄ a siccitate maxie puenit. Sic de quinto expediti sextā aggrediamur ab ordinatōe ⁊ iordinatōe sup̄tū: quod re vera sub pulsu equali ⁊ inegalitē ē ponendū p̄ quod Auic. nō erat necessariū medico ponere genera pulsū nisi nouem. nā cū certificatū fuerit hoc genus quod est apud Auic. x. est sicut si est sp̄s noui geyeris. Et diuidit̄ in ordinatū ⁊ nō ordinatū. Ordinat⁹ est pulsus q̄ in sua diuersitate ordinem seruat in suo transitu. verbi gr̄a. A. Pulsus primo erit magnus sicq; p̄cedit ad tertiā pulsationem in qua efficietur p̄uus. deinde cū magnitudinē p̄cedit usq; ad sextā pulsationem in qua itez p̄uificabitur. deinde magnus fit et usq; ad nonam: in qua itez p̄uus erit: ⁊ sic vltra cum hoc ordine tūc p̄z: q̄ hic pulsus est diuersus. ⁊ in sua diuersitate ordinem seruat ⁊ in suo transitu: ⁊ assimilari pōt circulo: quoniam sicut in circulo ab vno p̄ucto sit transitus circularis in eādē: ita in hoc pulsu sit circularis ab vna diuersitate in eandē vel sibi similem ⁊ hic pulsus sic diuersus in vna dia tantū appellat diuersus ordinatus absolute. Qz si diuersitas erit resp̄cū plurū diaz dicit̄ ordinat⁹ nō absolute sed fm qd: vel mō Auic. p̄pe ordinatum: vt verbi gr̄a ponatur q̄ a pulsus ut supra nō solū fiat p̄uus in tertiā pulsatione: sed fiat p̄uus ⁊ tardus: ⁊ consimiliter in sexta in nona. Et sicut ordinat⁹ absolute assimilāt circulo q̄ in suo p̄cessu h̄z or

bq

dinem in vno distinctus color: et ita et hic circulo assimilatur quod in suis partibus sic ordinatur pluribus est distinctus coloribus: ut quod prima pars sit alba et rubea, sexta sicut et nona etc. Pulsus vero ordinatus est inordinato oppositus, nam inordinatus absolute est qui in suis diuisibus nullam suam ordinem: ut si in prima esset magnus, in tertia parus, in sexta parus, in secunda magnus: et sic absque ordine aliquo. Inordinatus vero absolute est qui in suo transitu aliquem ordinem suat: sed non in omnibus: ut si in prima esset magnus, in secunda parus, in tertia magnus, in quarta parus, deinde procedens cum magnitudine diuisus usque ad octauam, deinde in nona efficietur parus, deinde usque ad duodecimam esset magnus. Et ex his partibus quomodo pulsus sic ordinatus dicitur ab auctoribus non potest esse temperatus quoniam presupponit in eius definitione inordinatorem qualem non habet pulsus temperatus. Dicitur secundo qualiter hic pulsus est inequalis et sub inequali reponendus, de hoc pulsu dixit Auerroes quarto colligitur. Ordinatus est ille qui in multis reuolutionibus suam suat diuersitatem. Non ordinatus vero qui suam diuersitatem non conseruat. Et diuersitas ordinata est in eundem terminans inordinata e conuerso. Et si istas diuersitates et inequalitates considerare volumus referendo ad alia quandoque genera assignando, scilicet plures modos diuersitatis componendo etc. pretere foret simonem inuentionem. Nam huius diuersitatis sensu: ut existimatio nulla percipiuntur: et sic eas percipi non est possibile. Postremo est genus septimum a proportione duorum motuum: et duarum quietum sumptum sine ut in quarto colligitur a proportione quattuor temporum pulsus mensuratum duas partes et duos motus eorum a natura naturalis exitus: ut est ut motus dilatationis sit maioris compatationis ad motum constrictionis quam debeat: aut e conuerso motus constrictionis sit maioris compatationis debito ad motum dilatationis: aut ut quietes sint minores compatatione ad motus debito: aut sic permutando quietem inter se: et est comparatio earum ad invicem sicut est comparatio motuum et sequendo al-

laym post quem Avicenna allegabo: diuiditur ab eo hic pulsus in eum qui est equiponderis: et non equiponderis. Et pulsus equi ponderis est equalis et habet compositionem duorum motuum ad invicem compositione naturali et per viam nature. Et similiter habet compositionem unius partes ad alteram: et etiam illam que est motuum ad quietes. Et iste compositus diuersificatur secundum diuersitatem etatem complexionum temporum et huiusmodi. Et dicitur quod comprehendere has compositiones est difficile quoniam multi homines in musica eas comprehendunt: propter ea quod note musice habeat summam extensionem: ita quod minor illarum potest exemplo comprehendere et est illa que multiplicatur ex xxxvi partibus unius us ad unam partem: et huius verba sunt alterius sane: et huius per accidens necessaria est parum. Sed in pulsu sunt tempora breuia ad inueniendam hanc compositionem in eo: et adhuc magis: quia res existens post systole difficile est inuenire: eo quod arteria est supra eam. et verba huius viri dicitur intelliguntur ex his que vult dicantur. Dixit Auenasor inter unum duorum temporum pulsus et aliud inuenitur per portio propria in utraque etate. Compositio autem istorum duorum temporum in etate puerili non assimilatur compositioni in etate adolescentie: aut inuentus neque senectutis: aut senis: et hec compositio pondus vocatur, id est mensura que sic procedere mensuratur: ut infra: qua propter eum pulsus in aliqua etate propriam compositionem ipsius etatis suauerit de pulsus habet pondus et boni et iusti ponderis: quia mensura et cum non suauerit hoc sed ad pondus alterius etatis peruersus fuerit: ut dum pondus etatis puerilis ad pondus inuentus permutatus fuerit: de pulsus diuersi ponderis: et vocabitur pulsus non ponderatus: aut nominibus horum similibus: et hoc pondus attendit etiam ex parte complexionum temporum motuum regionum. Et in summa pulsus esse mali ponderis non est aliud nisi pulsus male proportionari rei naturali: sicut complexionum etati sexus: aut rei non naturali precipue tempore anni aut regionis: et ideo dicitur supra Auerroes a via naturalis exitus. Et esse boni ponderis est debite huius per

portionari: de quibus reb⁹ infra ager⁹: et pul-
 lum mutare hnt. Nonnulli hic interferat colo-
 nias musicales: de qb⁹ aliqd stat: sed cer-
 te eoz subtil pseruatio medico practicati u
 e necessaria. Sed cu ia dca ptranseat quo ad
 metz pulsus et podus bonu in eo immedu
 e sufficiens. Auic. aut sub his vbis explicauit
 Sen⁹ ex podere supm e opando pportione
 qnitate pportionu quatuor tepoz correspon-
 dentiu duob⁹ motibus et duabz quietibus
 ppter qb⁹ accipiendū q⁹ ita ad inuice se hre
 debet mot⁹ pulsus et quietes et eoz tpa cum
 ueniet. s. pportioe: que no e nisi suaz qnita-
 tu adinuice certa habitudo et no scita: vt qui-
 to euclidis in omto tertie diffinitois que ad
 modū se hnt consonantie musicales sic suis p-
 portionibus stitute: et pp hanc similitudine d^r
 in pulsu musicales consonantias repit: qz similitu-
 dinarie: nam sicut p auditū musical compre-
 hendit consonantia cui⁹ debito pportio in suis
 tpb⁹ per virtutē interiorē et no p auditū ipsi-
 us iudicat ita etiam p tactū mot⁹ et quietis ac-
 tpa pulsū comprehenditur: de quoz bitudie
 adinuice interior vt iudiciū apd se deponit.
 Et hec sic ophenta bitudo seu pportio sit in
 relatōe ad re naturalē: aut no naturalē vt in
 pra. Et in summa cōsiderare pportioem qua-
 titatū it. vt Auic. no est aliud q⁹ discurrere si-
 qnitas pportionis diastol ad qetē et ecōtra
 pportioat corpori: vel no etati vel no hui⁹
 moi. Et hec volo de his hec pauca sufficere
 Et cu absqz noticia de ipis ita expsita possit
 medic⁹ i pfectā corpis cōgnitōez pncire p ma-
 xie practic⁹ supflū dixi in his apli⁹ pseq.
 Eam autem pulsus hui⁹ assignat princeps
 dicens: q⁹ cū pulsus mali pōderis: qz scilicet
 scō motu in tpe in quo debz venire ges e au-
 gmentum uecessitatis supple per quod irrita-
 tur virtus ad faciendū motum tempore quie-
 tis. Et causa mali ponderis facti in tempore
 motus: quia. s. facti in quiete quando debu-
 it esse motus est dimiuta uecessitas. Que-
 res supple verificatur si virtus non fuerit mī-
 tum debilis: quia etiam ad debilitatem for-
 tem virtus aliqū illud malū pōd⁹ contingere
 solz. Et subdit Auic. q⁹ pulsus tpe mot⁹ pro-

pter velocitatem diastol aliis e ab hoc: que-
 lra verius sic exponat. Qu pulsus scūs sine
 motus scūs tpe quo d^r fieri motus velocitā
 da diastolē. Alius est a pulsu mali ponderis
 in quo expectat ges et venit motus et hoc est
 notum. Na stat diastolē esse velocē et pulsus
 noa esse cū hoc mali ponderis cum sit motus
 scūs tpe motus et ges tpe quietis. His itaqz
 sic a primo ordine sumptis ad tria vltima in
 secūda ordine cōdūsa accedo: que sunt ab
 anezis sumpta. Quoz primū a contentis su-
 mis arterie: ppter qb⁹ d^r pulsus plen⁹ vacu⁹
 et medi⁹. Pulsus aut plen⁹ e pulsus q⁹ sentit:
 ac si in foramine arterie forz humor implez
 de quo sollicitandū e: vt pure seu debite eua-
 cuetur cui pulsū pulsus vacu⁹ est sibi strari-
 us. ppter que accipiendū q⁹ cā plenitudis
 pulsus est aut spiritūū multitudo sine qnitas
 aut multa sanguinis arterial sine humorum
 copia: aut sumoz capinosoz repletio q⁹ qdē
 repletio per arterie extensioez et ophendit ip-
 sa sic i tactu resistere cū digitis exprimit vb i
 pcpit tensio et cū dilatatoe repletio: vt i cor-
 poribus atelecticis sanguineis et similib⁹: qua-
 lis no sspendit in arteria resistere ppter du-
 riciē: in qua cōprehendit extensio cū strictura
 qual apparz in ethicis et corporib⁹ oluptis
 et cū tal apparz pulsus tunc debz medic⁹ sol-
 licitare ad euacuatoem i toto vel debito mō-
 fiendam cū ei⁹ tarditio imineat periculū de
 fractura venaz: aut arteriaz: aut de suffoca-
 tioe et extinctione calidi: vt in primo affōrum
 cōmento tertio. Vacuitas aut pulsus ex qua-
 dā lascitudine comprehenditur no pp molici-
 em otingētē: sed ppter defectū contenti poti⁹
 aut conuēdi in arteria vt euides e aq⁹ molli-
 cie raro plenis absoluit. et vacu⁹ apparz in
 flatus: sed cū tanget vacu⁹ digitis pficit.
 Secūda vero a qualitate arterie accipit et
 carnis circūstantis q⁹ diuidit in calidū et hūi-
 dū frigidū et sicū: et ter hos mediū. de quo
 medici rarissime mentionē faciūt. Est tamen
 calid⁹ dicit⁹ cui⁹ corp⁹ arterie sine subltātia
 ab extremitate digitoz calidū pcpit: sicqz
 suo mō de frigido et reliqs dicat sp in relatō-
 ne tpatī. Tertius ab essentia arterie tollitur
 bñj

et dividitur in mollē dūz et mediū. Mollis
 ē qui recipit reditū ad interiora a cōpressiōe
 facile: et durus est ei contrarius. Inq̄ Salie^r
 in om̄to pulsuū. pulsus mollis et durus pōt
 dupl̄ intelligi. Uno mō pprie pp duriciem
 et mollicie inf̄ri. alio mō iproprie itelligendo
 p mollicie quādā lassitatē ad paucitatē aten
 ti in arteria cūte et ipsius vacuitatē: et p duri
 cie tensionē cūte ad arterie tensionē pcedētē
 ex arterie repletionē materie vel fumoz eaz
 tendentiū: de cāis aut duricie et mollicie va
 cuitatis et plenitudinis satis actū ē circa p̄
 cipiu capituli. Cause aut calefaciētes aut
 infrigidates etc. note sunt de qb^o in particula
 ri magis cum de hīs que pulsum mutat age
 mus et specialius inde p̄noticiis a pulsu sum
 ptis.

Capitulu quartū de obfudis a medico
 vt pulsuū debita agnitiōem cōsequat.

Am de eē pul

sus et cāis ei^o ad plenū supra ac
 tū sit. cōis dūz: p eius debita
 noticiā: que o3 medicū studere diligēter ap̄e
 dū esse. pp qd̄ p̄mo sciat: q̄ l3 vt supra. Si
 gnificatio pulsus ceteris significatiōib^o sit
 certior: ad eius tamē p̄fectā noticiā nō faci
 le puenit. Nā vt cōstantinus. Ex tribus eius
 noticiā difficultat. p̄mo qd̄ ob multas su
 bitas q3 mutatiōes qui ei adueniunt. Secū
 do ppter multitudinē generū sp̄ez dūz
 eius. Tertio quoniam medicus caret eo ad
 quod ip̄m cōpare habz: vt quoniam tempera
 ti aut sani pulsus languentis noticiā caret.
 Nā species pulsus cōprehēdi nō p̄nt in aliquo
 individuo nisi op̄ato ad pulsum sani: qui in
 corpore t̄pate cōplexiōis inuenit aut ad q̄
 tuoz fm q̄ a radicib^o nature quarto colliget
 Et subdit non cognoscitur nisi p op̄atiōem sa
 ni pulsus quia ipsius egrotantis dū san^o erat
 Ex quib^o collige q̄tū o3 medicū se in pulsu
 sanoz se exercitare sp̄alr circa pulsus homi
 nū sue ciuitatis. Nā ip̄is nō cognitis dūbia
 tūc de pulsu infirmi fert opinio: et sic cōtigit
 medicū errare. Inq̄ opus ē vt p longū ex
 citū sibi pulsum equalē statuat. de quo in p̄

cedenti capitulo: a quo cū aliq3 pulsus rece
 dit de eo recte iudic3 qd̄ etiam difficilimuz
 facio. Unde Salie^r de mirabilib^o p̄noti
 catōib^o. Nō p̄nt agnosci dispōes pulsus ad
 id quod preter naturam nisi prius cognosca
 tur dispō pulsus naturalis. Et ad ip̄m cog
 noscendū maxime operat noticiā cōplexiōis
 et compositōes corporis egrī cū ex corde frī
 gido pulsus qui pueniūt sicut parū et tardū:
 et ex calido magni veloces: et sic de alijs. Nō
 q3 bec et dicendo tactoz bene consider3 q̄ ad
 mutatiōes pulsus faciūt. et ppositū nostz ma
 gis attingens: dico q̄ l3 pluribus in mēbris
 in arteria pulsus percipiāt: ex cuius tactu d̄
 ip̄o iudicio fieri possz: tamen facilitas p̄ben
 di arteriā et honestas et directus aspectus ar
 terie brachij ad cor p̄p̄nitasq3 etiā sapien
 tibus hualere: vt ei^o tactū in arteria brachij
 fierz: et sic p illā magis q̄ p aliā iudicare.

Quib^o quatuor cāis sic cōmuni^o duas
 addit cōstantin^o: vna quaz ē quoniam arterie
 tangēde loc^o detect^o esse debz et non carne
 copert^o. In quo loco sic arteria meli^o se rep
 sentat: sicq3 melius p̄cipitur cā manifeste ap
 pareat arteriam p̄fundatā nō ita bene p̄cipi
 quemadmodū in sup̄remo situatam. altera ē
 quoniam arteria in mēbro recta et non circūo
 lura esse debet: vt sup ip̄m quatuor digiti si
 mul poni possent: vt in bono iudicio pulsus
 sic tangere est necessarium: vt hic statim: qua
 ex re arterie tempoz nō tangunt: quia torti
 ose sunt: et tu specularē: vt quid tortuositas
 sic iudiciū impedit: aut occultat. Secū
 dum obseruandū est: vt tactoz prius bene cō
 siderz tangēdi dispōem quo ad extrinsecat
 siue quo ad res non naturales: si vep iudici
 um deponere voluerit: vt verbī gr̄a. Nō non
 sit natus nisi forti gaudio cōmotus. Nā exer
 citatus non multum replet^o non famelicus et
 hūisimōi q̄ in pulsu mutatiōem facere cōsue
 uerit. de quib^o ista ad plenū. Tertiu q̄ tā
 gendo incipiat ab arteria dextri lateris quo
 niā p̄fectior ē pulsus dexter: vt. xiiij. de aialē
 b^o ps cordis latior q̄ dilatat et cōstringitur
 respicit latus dextz: et iō ē habilis ad mo
 tum et ad actōes: q̄ suistz: et hoc vt quasi sp̄

Quantū oportet
 medicū se in pul
 su sanoz exercitū
 ta. //

r rāto īmenitē cōtrariū. pulsus tamē sinīster
 ē magis tpatus ppter partē sinīstrā nō ē ita
 calidā. Archimētus autē cuius practica vidi
 ūbz: vt prius arteria sinīstra tangat qnoniā
 hz cor i pte dextrā hec sufficit: tamē qlibet mo
 tus cordis ex ppingtate in sinīstra facillime
 agnosctur brachio: r quia hec nō impediūt
 iudiciū practica: ideo de ista re nihil. volu
 it tamen Znic. hic vtrūqz tangi debere pro
 pter inequalitatē ipoz: qnoniā raro accidit
 vnū alteri ēē equalē. de quo in sequenti capi
 tulo particularius agef: r hic ē mos practica
 tū. imo nōnulli sunt allzimzates cū pulsu: r
 primo tangūt dextrā stantes ac meditates:
 r magno cum spacio deinde ad sinīstrā se cō
 uertūt idē operates r sic ostēdūt subtiliter se
 velle indagare dzas pulsuū per quos optie
 cōprehendere possūt essentia r egritudis lo
 cū. r dens nouit quō rē intelligūt: sed p tunc
 sufficit eis: q sic operando vulgares astātes
 de ipis maiorē capiāt cōfidentia. Quar
 tū q manus tactoris nō debet esse alterata
 quo ad qualitates primas: qz. s. nō nimis ca
 lida neqz nimis frigida: s; moderatū caloris
 ne ex nimia frigiditate sequet pulsus retrac
 tio: aut ex caliditate exspasio siue dilatatio
 Adde p̄trea cū organū tactus meli⁹ dispo
 situm erit alijs paribus melius inde. de tagi
 bili ferret iudiciū. Ex qbus isert q decēs
 ē r quasi necariū medico cyrotecas tempōr
 hyemis gestat: vt i mān caliditatē suz mode
 ratā. Quintū q cū peruenit ad tagendū
 arteriā ipam q̄tmoz digitis fm lōgitudinem
 arterie cōphēdere dz: vt sic primo discernat
 curtū a lōgo. Itē r vtutis tenorē: qnoniā ali
 quādo ob cū debilitatē: r sub oībus hīs di
 gitis pullatiōez facere nō pōt: q res sic tagen
 do cōphēdit. Itē r pulsus ūequalitas vt su
 pra: aliter male cōphēdi pōt. Sextus q
 cū pulpīs digitoz fiat cū i eis sit maior tēpe
 riez. vt prima primi de cōplexiōib⁹ r attēti⁹
 cōsiderat tact⁹ cū idice cū p̄teris sit magis
 apt⁹ ad discernēdū: cū i eo sit maior tēpies.
 Septimū q cū digitis dextre fiat tactus
 brachio īfirmi: aut sani cū sinīstra sustētor:
 nā dextrī mēforis sensibilitatis sunt. Oc

tquū q tactoz ū sit alterat⁹: s; qētis. Nec sub
 sto cū ad īfirmū accedit sibi dz pulsus tagere
 sed dz paz morari r sedere. Nā qūqz ex re
 nerētia: aut tiorē medici fit i pulsu variatio:
 vt in costa greco salconerio. Illustri do. mei
 oringebat. nā r omotio: aut alr quolibz agi
 tatio: ut īfra cā ēē pōt: vt sic i iudicio error
 origat neqz tātū cū p̄spicacitate omot⁹ vt qe
 tat⁹ iudicabit cū īngētari r residere auimus
 sapiēs r prudēs fiat phisicoz septio. dz ei er
 go aliqua prius dicere: īfirmūqz de alio in
 terrogat donec ad moderatā puāat sui cor
 poris dispōez. Que oīa facill a medicis ob
 suat cū aculeo aureo pinguūt. Dz si sec⁹ fiat
 dca abrenūat. Nouū q si tactoz cōpreheu
 det arteriā carne multa ēē copta aut aturalr
 pfundā: tūc dz cū digitis fortiter cōprimere:
 vt sic arteria se meli⁹ offerat si cū carne digi
 tis cadētē nō tū ita fortiter: vt vt⁹ a debito
 motu arterie īpediat. q si camosus ū fuerit
 leuiter tagere dz. Decimū q qz pulsus in p
 cessu aliquādo variat ab eo: q a principio
 fuit ex pte hiaz dzaz: iō medic⁹ tagēs digi
 tos remouere nō debz quousqz plures nō sen
 serit penūsiōes. S; qres vsqz ad qd dico q
 xvij. cōtinētis voluit Raf: q digitū sup arte
 riā teneat vsqz ad. xij. Quidā vsqz ad. xx.
 Nōnulli vsqz ad. xxv. quā sniam leat⁹ ē p̄
 meus Lermisomus. Leteri at vsqz ad cētū: r
 hoc voluit archimētus i sua practica. īgr.
 r vsqz ad cētēsimā penūsiōem ad minus pul
 sum cōsiderato: ut diuersa genera pulsum i
 uelites: r astātes ex lōga exspectatiōe vba
 tua gratiora suscipiant. Colnerit hī viri oēs
 vt tato spacio teneant in quo pulsus dzie rō
 nabiliter apparere debentes comprehendantur
 quo. s. ad esse equalē vel inequalē or
 dinatum vel inordinatum cadent: aut nō ca
 dentem: quia. s. in tanto tēpe vtus se mani
 festabit ex pte sui tenoris. xē. Undecimū
 q si īfirmus iacet super latus sinīstrum tan
 gatur arteria dextrī r ecomerso. Ne ppter
 cōpressionem sup brachium factam acci
 dit error in iudicio ex tali situ sic distempa
 to pulsu: quoniam propter cōpressionē im
 pedīt trāsitus debitus spīritū. vñ aliqū i eo

*que omnia facilltē
 medicis obseruatur
 cū aculeo aureo pinguunt*

*q̄ta sententia cum sequit est
 par minus ere insonans*

latere non reperitur pulsus vt ex p̄t̄ia docz.

Consimilr attēde ne digitos multū exten-
sos habeat: neq; in pugnū reductos ne ex ta-
li situ iudiciū variēt: vt dictū ē.

Capitulum quintus de rebus naturalib⁹
pulsu mutantib⁹.

Tria sunt pul

si naturalē variātia ab eo qd
esse d; tempati relatōe. Res

naturales: res nō naturales ⁊ res p̄ter natu-
ram. de quibus omnibus suo agēt ordīne. ⁊
iudiciū faciēs a rebus naturalib⁹: tanq; a dig-
nioribus ⁊ primis. Dico q; inter res natura-
les cōplexio. habitudo forma etas sexus ⁊ i-
p̄gatio sunt pulsū naturalē q; maxie vari-
antes. ⁊ hoc i loco virtutē obmitto tanq; cām
primā in omī pulsus dispōe currentē: ⁊ sic inter
res naturales. prima habeat. de qua i lo-
co. Ex p̄te aūt cōplexionis pulsus variat
quoniā in calida cū i ea maior sit necitas ce-
teris p̄tib⁹ ide pulsus pueniēt magū velocēs
⁊ frequentes vt supra. ⁊ quanto calidior tan-
to velociores. ic. ceteris p̄tib⁹ sp̄ obuatīs ex
p̄te virtutis ⁊ aliorz: ⁊ q; nō sit opraoperantia
ex p̄te aliorz ic. Nā virtutē calor inanis q̄tum
cūq; fuerit nō minuit imo ex eo puenit sp̄s
fortitudo audacia mania iēvt anic. ⁊ ex hoc
pulsus magnitudo ic. Et otrariū est in color
p̄ter naturā: q; quanto magis augmentat:
tāto virtus debilior efficiē. Et ex hoc pulsus
puitas sequerit nisi impedimentum interici
at ex p̄te iustri aut necessitatis. Ex qd⁹ hēt
pulsus colericaz alijs p̄tib⁹ velociores ⁊ fre-
quentiores eē pulsib⁹ sanguineoz. Et hūtes
cor calidū p̄tib⁹ suatis. Magnos velocēs ⁊
frequentes pulsus hūt. Et hic notet. Qd aliqū
stigit fleumaticos pulsū magū hēre q; res ca-
liditate sni cordis accidit: ⁊ si cetera mēbra
ad lapsus frigidū sunt declinatia: aut ex cali-
ditate magna sni epatis. Et plurima talia di-
uersa in hominibus reperitū q; sic a primis
principijs deuare vident. i frigida aūt pul-
sus ad puitatē declinat: tarditate ⁊ raritatez
⁊ iō pulsus melacolicoz sunt pui tardī ⁊ rari
nisi ex p̄te opraopātie otingat oppositū. In

q; quanto magis aug-
mentat: tanto magis
debilior efficiē

hūda vera ē pulsus velud vndosus ⁊ dilata-
tus: q; inequalr ē eleuat⁹ ⁊ lat⁹. nā arteria p̄-
pter eē molliciē nō equaliter fm oēs suas p̄-
tes pulsat in digitis: s; sit inundatio: vt supra
de pulsu vndoso. Et ē hūditas i arteria ex
pansa cū terminō careat pp qd dilatat. hunc
pulsuzēt faciūt hūdo hūda ⁊ tenera etas.
In sicca vero pulsus est angust⁹ ⁊ dur⁹ quas
res iustri dispō opat: q; si virt⁹ fortis fuerit:
⁊ necitas multū augmentata tūc catur pulsus
bis pulsans spasmosus ⁊ tremulus. ⁊ q; sic po-
sita sunt intelligant de cōplexione simplici di-
stempata naturalr talia qbus accipi potest
pulsus cōplexionū opositaz naturalr distēpa-
taz quales eē debet: vt primo dicam⁹ q; vt
actū supra sp̄ medicus sibi pulsuz statuer d;
quē respēcū aliorz sibi metz faciat. Nā cū ta-
lis apud nos nō inueniat o; imaginariuz opra-
nere. Et in hoc apparz quas sp̄ medicū i pul-
su mo ⁊ eodē variū deponat iudiciū: quoni-
am ⁊ imaginationib⁹ diuersificanē sibi vari-
uz metz flamendo. Supposito itaq; sic pul-
sus metio sine t̄pamēto: de quo supra dōm
q; pulsus sanguinei magū velox ē ⁊ frequēs
sp̄ tali opraopātie ic. nā pp̄ter necitatē maio-
rē eē i eo q; i t̄pato accidit pulsus magnitudo
Et quoniā in eo maior ē humiditas ē latior
vt supra: ⁊ quoniam arteria ē mollis respēcā
tempate: hic non ita equalr in digitis pulsat
quare respēcū t̄pate vndosus dici pōt. Pul-
sus qdē colericū quē alijs p̄tib⁹ sanguineo cali-
diorē eē omitto maior erit velocior ⁊ ipō san-
guinei frequentior. Nā vt p̄mittit i colerico ne-
cessitas maior ē. eritq; velocior pp̄ siccitates
iustri: ex q; reddit iobediēs. vñ cū velocitate
supp̄ lebit. Numqd ipa siccitas ipa hūditate
ipm iustri magis indisponat speculātib⁹ re-
liquo: hoc tñ nō tacebo: q; hūditas virtutē ce-
teris p̄tib⁹ min⁹ obuia ē. Et certe sic eē in ex-
p̄t̄ia meo facili iudicio tangēdo ophendi
maxime in dispōib⁹ p̄ternaturalib⁹ calidif
⁊ siccis respēcū talū calidaz ⁊ humidaz. nā
siccitas i augnētū necitatis ipa hūditate ma-
gis oferi vt cū sit opatia magis ⁊ caloriz li-
ma dicat humiditas qdē actuitatē caloriz
obtūdit: ⁊ de isto aliqd infra cū de pulsu pu

eror agatur. Et sicut actū ē humiditas ad ex
 tenuiorem facit prima primi de elementis sic
 siccitas ad constrictōes operat: quare pulsus
 accidit constrictio et angustia eademque ex ea
 durior sit cū humiditas mollicie et siccitas du
 riciem pturiat. Pleumatici vero pulsus p
 u^o est tardus et rarus: p^omis quidē pp dimi
 nutōem caliditatis. Sili tardus et rarus. est
 qz mollis et latus vudoso simil: vt de sangui
 neo ē dictū: nisi ex stragantia strariū acci
 dat. Melancolici pulsus ipō pleumatico mior
 est rarior et tardior: sed durus strict^o et ex ip
 sa cōpositiōe que ēt sp intelligant nisi strao
 perantia impediant. Ex qb^o oib^o accipi
 endū pulsū lateris dextri maiorē velociorē
 frequētiore pulsū sinistri fore cū lat^o dextrus
 sit calidius. nam vt supra: et si cor in sinistro
 situer: tū pp exsufflatōem caloris in dextz in
 quo ēt caliditas epatis et hūitis self dextz
 lat^o calidi^o reddit et in ipō sic maior necitas
 existit: que intelligant eē vera in dextrarijs.
 Nā in his qui māu et brachio sinistris vtrū
 tur sinistrariū dicit cōtingit pulsū sinistri la
 teris esse quāqz maiorē. nā p opationib^o mit
 tēte maiorē qritatē spiritūū et caloris ad si
 nistrū lat^o. Et ex hijs colligit hoc documē
 tū in practica qz pulsus duoz laterū semper
 tagēd^o est capitulo pcedēti. Qz si picipiet pul
 sū lateris minus calidi maiorē atqz velo
 ciore magis calidi fore: tunc si febrerit indi
 care debet materiā peccantē in later illo eē
 sicqz de loco materiē p pulsū iudicabit q
 sollicitē a medico iuestigari debet quarta pri
 mi. capitulo primo. Inferē quoqz deide
 qz diastole et sistole pulsus nō ē in mediū ac
 cessiōis et recessiōis cordis. i. diastol et si
 stol cordis: sed in modū diastol et sistol cor
 pis arterie. Inferē et ex his vltio qz o^otin
 gēs ē arteria vni^o lateris diastolar alia sisto
 late. nā pulsus lateris calidi opletbit citi^o inā
 diastole pulsū lateris frigidū: ergo aliqui dia
 stolabit: pulsus lateris frigidū: quando sisto
 labit pulsus lateris calidi cōsidera. Et hanc
 laterū diuersitatē in pulsū māifeste enūciat a
 postema calidū in altero ipōz existens: quo
 in casu pulsus eius lateris velocior et frequē

tior existit o^osimilr et motus arterie: que i vir
 ga est sub testicul o^ophensa q motus tpe ap p
 pinqatōis co^opt^o velocitat frequētatqz ma
 gis: qz sit mot^o arterie brachij: aut alteri^o lo
 ci ab illo distātis.

Capitulū sextū de pulsu habitudinīs.

Excedo ad secū

dā qz ad habitudinē inacredies
 s. et pinguedinē. Nam incri pul
 sus euidentior siue pceptibilior: et maior est
 pulsu pingui et velocior. Nā grassoz pulsus
 p^omultitudine carnis occultant et minorant:
 qz paucioris sunt caloris: nā in pinguedie for
 tior ē frigiditas secūda primi de signis o^ople
 xionū: sunt tamen frequētiore sic cum frequē
 tia necessitati succurrentes. Et hijs ceteroz
 p^oitas sp supponat.

Capitulū septimū de pulsu etatū.

De minus

etas pulsū variat ob diuersi
 tatē a o^oplexiōe dictā: vt quarto
 colligs. ob quā rē de eis locum^o a pulsu pri
 me etatis i^octū capis. pueroz. n. pulsus ex p
 te caloris velox ē: et ex pte debilitatis v^ontis
 spissus o^opatōe ad iuuenē scā. Estqz mollis
 velud vudosis iuuenā o^opatōe. de cuius ma
 gnitudine inqz Auic. pueroz tū pulsus o^opatō
 ne qritatis corpis eoz magi^o quoniā eoz i
 strū ē valde molle et ipōz necessitas ē fortis.
 pp eoz caliditate in qli et qto et eoz virtus
 o^opatōe puritatis corpis nō ē pue qritatis. ve
 ritū eoz pulsus respēū completa nō magi^o
 s; velocior et spissior. In pueris nāqz sumosi
 vapores multiplicant pp multā eoz digesti
 onem et frequētiā eius in eis: pp qd necē est
 vt sui caloris imati fiat euentatio magna:
 ob quā rē cū virt^o debil sit iuuenū respēū cū
 magnitudine succurrei nō p^o qre velocitat et in
 spissare o^o: sunt itaqz pulsus iuuenū miores
 sed velociore et frequētiore: suntqz i sistolā
 do velociore et. pp ea quod in eis ē maior
 necitas expellēdi pp multitudinē sumoz ca
 pinozozum qz sit necessitas aeris attrahēdi
 iuēqz iuuenū pulsus meliores vt actū ē.

Et ex his patet quod quoniam puer magis approprius
 quare inuentur: tato magis in eo augmentatur ma-
 gnitudo et diminuitur velocitas et spissitudo
 donec sic ad iuuentutem pueniat. unde per etates
 puerile intelligat etas illa nostra prima ad iuuen-
 tutem exclusiue terminata. Et hic aduertendum
 quod talis etas in diuersis pulsibus est varietate in se re-
 cipit. Nam aliter in principio aliter in medio se-
 habent: pulsus. u. lactantia: ut Ras in ultimo spissi-
 tudinis et velocitatis et puritatis inueniunt. In ado-
 lescentibus vero maiorantur et in velocitate et spissi-
 tudine minuunt iuuentum pulsus multe est mag-
 nitudinis sed non multe velocitatis: imo in velo-
 citate diminuit de spisso tendens ad raram non
 stante sic obia instrumetum fortis magnitudine so-
 la sue satisfactio necessitati propter quod non omnia multa
 uelocitate et nimis frequentare: quod proportiona-
 biliter frequentia ipsa uelocitate minuunt. Et in prin-
 cipio iuuentutis pulsus est maior cum virtus esset
 et necessitas subacta: quod plures eleuantur fumi quod
 in medio cum in principio sunt humidiores et maior
 sit instrumetum obia: quod adhuc modicum exsiccata est
 arteria. Constitutorum autem in medio iuuentutis pul-
 sus sunt fortiores. nam cum caliditas acutior sit
 virtus magis irritat ad fortius pulsandum: et in-
 dignis impeditur: et tunc hic memorare de his
 que de fortitudine pulsus superscripta sunt.
 Inquit Ras iuuentum vero pulsus est fortior et
 omnium est etate pulsus inuenit: maior et precipue
 eorum pulsus qui in medio existit iuuentutis et hic
 cadit speculatio an. scilicet tales pulsus consistentius
 sunt fortiores et contraria. Postremo scito
 quod licet caliditas iuuentis et pueri sint fere equa-
 les: et ex hoc fortassis eorum pulsus in magnitu-
 dine equi uel quasi equari debent: nisi ut hinc. ne-
 cessitas que ut finis concurret pro ceteris ad magni-
 ficandum pulsum operatur que cum varia in eis sit hic.
 et. Senum pulsus minores sunt tardiores et
 rariores propter uirtutis debilitatem et necessitatis
 diminutionem: et que quoniam mollis pro humiditates ex-
 tranee in eis multiplicatas et non pro natura-
 les cum nature sicce sunt. Quoniam senectus incipit
 tunc pulsus a diuersis suis in iuuentute remouetur
 et in diuersas oppositas procedit: usque ad principium
 decrepitate etatis in quo sic acquisite continue
 augendo procedunt.

Capitulum octauum de pulsu sexus.

Abet et sexus

in pulsibus diuersas facere. nam masculi
 loquor pulsus ceteris pueris seruatis
sidera secunda primi de vr̄inis mulieꝝ igt.

Et cum hoc loco eius scilicet vr̄ini fuerit ru-
bedo erit in fine pregnatōis ⁊ pprie si turbe-
tur cum mouetur. Color vr̄inus est color vi-
ridis tendēs ad crudum: aut blānus qui am-
bo causantur a frigiditate seu remissa calidi-
tate: ut supra reuocato iam calore ad matri-
cem ⁊ transmissa amplius colera cum san-
guine ad matricem: ut supra. Iste igitur
color vr̄inus est apparens in principio: ⁊
cetera. Apparet itaq; rubedo. nam natura
incipiente moueri ad expulsiōem faciendam
Unde egrediuntur aliquę partes fleumatice
tincte a sanguine in ipsa matrice. Et cū istis
omnibus colorib; apparent in fine ⁊ medio
nebula ⁊ conum granulaq;: quandoq; de q̄-
bus actum est. Sed hic ē maxime aduer-
tendū q̄ omnia ista signa siml: quādoq; pos-
sunt apparere in muliere non pregnantē in q̄
est retentio mēstruoz: ut in mola in qua m-
ti famosi uedici decepti sunt: ⁊ non paruas
fortiti infamiam: quio casus accidit in qua-
dam famosa domiua: ut meo tēpore papie-
nam ⁊ bonus ⁊ sapientissimus ille marsilius
de sancta sophia: tūc aliquāter titubauit.
vna cū petro de tufignauo valentissimo pra-
ctico: ⁊ ideo studeant iuuenes: ut simul cum
signatione sumpta ex vr̄ina habeant veruz
iudiciū sumptū ex aliis signis impregnatōez
demonstrātib; inter que est vnum precipuū
⁊ magiū vt obstetrix iponat digitū i vulua
⁊ sentiat si orificiū matris clausa sit. Qd
si arguit impregnatōem ut. v. affoz. cōtēto. v.
Nam tempore impregnatiōis nō potest ac-
tūtrare. xxi. terti de generatiōe embriōis.
Item retentio mēstruoz i suo tempore i mulie-
re bene sana est satis efficac. signum: immo
mulieres maxime super hoc solo signo se sū-
dant ei magnam adhibentes fidem ⁊ effica-
ciam ꝛc. Item quia sentit dolorem in decio-
die a tempore cōceptiōis. Item si labia vul-
ue sicca sūt: que i mola cōtinue reperiuntur hu-
mida. Item q̄ mulier nō sit artetica: vel ad
eam disposita: quia in hac dispōe videt vr̄i-
na similis ꝛc. Item q̄ nō multū appetat coy-
tus ⁊ est vez: ut in pluribus. Item quia ha-
bet appetitum corruptū ad aliquā dētētiā.

natā rez in excedēdo non solū ex pte qualita
tis sed quantitatis vidī mulierē pregnantez
comedere cineres in magna quantitate. Re
periuntur multe que satari non possunt ex
comestione alicuius rei iaz ex ipregnatione
facte grate: ut pomoz cancroz pisciū ⁊ hu
iusmodi. Consiliū q̄ abhorreat res sibi cō
suetas ⁊ alias sibi gratas: ut sic appetims i
eis deficiat: nulla interueniēte causa alia: ut
febris ⁊ huiusmodi: que possit esse appetit^o
delectina. Et etiam si cum his sentit se i cu
ribus languescere ⁊ graues sic fieri. Itē si se
ntit in coitu vir eius caput virge constringi in
honestū peti a muliere. Itē si mamille igros
santur. Itē fac experientis ipo. affoz. Mu
lierē si vis scire si cōcepit melcratū da ei bi
bere. verbū grā. Re. aqua pluuialis. 2. viij.
mellis. 2. iij. buliant ad cōpōem tertie ptis.
Et cū mulier vadit dormitū da ei bibere. 2.
vi. Si itaqz sentiat dolores fortes ⁊ tortio
nez in ventre iudiciū erit de ipregnatione: si
vero non: non. Nec addi cupiens in omib^o
honore iuuenū medicoz qui si plura habe
re voluerint imo debent recurrant ad auic.
xxi. tertij allegato capitulo.

De urinis viroz

Trorum urie

sunt magis colerate ⁊ cum mo
uentur turbantur ⁊ eaz turba
tio ad superiora ascendit: Quod sunt magis
colerate patet ex causis habūdationibus ti
gentibus vrinaz existentibus in uiris ⁊ cum
mouentur iē. Nā urine uiroz sunt subtilio
res. Unde partes grosse terre faciliter descē
dūt p eas. Cū ergo agitant partes ille gros
se mota superiora petentes ptes superiores
urine turbant. In mulieribus vero cū urine
sunt multū grosse ⁊ partes grosse aīz sunt mī
tū cū subtilibus mixte ex pua agitatione nō
sic turbantur nō potentib^o ptibus grossis sic
facilr separi nec p ptes urine penetrare ut in
uiroz urinis. Quod si cōtingat eas turbari
illa turbatio pua est in respectu turbationis

urinaz masculoz ⁊ causa patet. Itē spuma
muliez est rotundior mā ente viscosiori ⁊ i
cibū magis apta uerti ppter maiore eius re
sistentia: quā facit eius fractioni ⁊ hec spu
ma fin plurimū apparet in sumitate vrinaz
muliez. In urinis viroz illico cū cōmiscen
tur cū mulieribus apparent fila adinuicē te
xta que non sunt nisi quedam spēs spmatice
retente in viis vrine hora coptus: que cū vri
na expelluntur: ⁊ hec vocantur fila spmatica

Differentia inter vrinā hominis ⁊ ali
os liquores ⁊ vrinā alioz animalū.

omitto hoc lo

co colores vrinaz alioz aīaliū
de gbul Anicēna secūda primī
allegato loco. Sed tamē ppter deceptiones
quas faciūt trufatores hic addo quod ē ex
duce sumptū scilicet modū distinguēdi inter
urinas ⁊ alios liquores. Nā alij liquores q̄
to plus uisū appropinquant tanto clariores
iudicantur: contra de urina. Propter
quod sciendū q̄ mixtoz quedā habēt partes
etogeneas insensibiles. Quedā sensibiles:
neqz multū insensibiles. Exēplū primī. vt vi
nū putrefactū. Exēplū secundū. mīstū. Exem
plū tertij: vrina quia i ea sunt partes hūora
les non multū sensibiles. Secūdo scien
dū q̄ ptes hūorales vrine sunt in duplici dif
ferētia: quedā nō habēt maguā mixtionē cū
urina: ⁊ ista sunt que transeūt in ipostasim:
⁊ de hīs nō est sermo: quedam habent mag
uā mixtionē cū ea: ita ut nō ualeant separi a
substantia urine: ⁊ iste partes videntur de p
pe quia in oculo maiore angulū causant de
longe pū ita ut sub illo videri non possit ⁊
ideo de longe iudicatur clarioz. In vino at
aut alio simili liquore partes terre sunt pau
ce ⁊ parue ⁊ multum permixte hinc est q̄ de
ppe non videntur sicut nec de longe. Cū ip
sum quasi in omni distantia vniforme iudi
catur lz in longa grossus aliquatr iudicatur
similiter confuse representatis grossib^o ⁊ sub
tilibus. In multo aut partes eius grosse

De ppe videntur in ipis p̄dominātibz sub
tilibus de lōge aut ecōtra subtilibus p̄do
minātibz: lz etiam grosse videatur. D̄reter
aut hoc signū: est signū sup̄tū ab odore: ut cō
primēdo cū māu os urinalis. deīde odorā
manū: 7 hoc sagaciter faciendo pp sagacita
tes trufatorz. Et quod dictū est ab Auic. de
bet intelligi in vrina sana: quoniā in diabe
tica sp̄ apparebit clara ipsa existente indi
gesta. 7 in se non habēte partes humorales.

De coloribus vrine in omni sp̄e cuiuscun
qz humoris apparētibz.

Niciū faciens

a flegmate ip̄m distinguam in
sp̄es suas colorem ponens vr̄ie
vnāquāqz ei⁹ sp̄em denūciāns. flegma igit̄
diuiditur ī naturale: 7 non naturale. flegma
tis naturalis vr̄ie color iam positus est de
coloribus complexionum: 7 p̄sertim cū est
sine febre. flegmatis autē naturalis vbi ad
est febris ip̄a flematica vr̄ina est sub citri
na in substātia eius p̄ totum equalr sp̄issa cum
modica obumbratione in parte superiori.

flegmatis non naturalis quatuor sūt spe
cies: acetosum: salsum: dulce: 7 vitreum p̄
ma quarti de febre flematica crudū 7 mul
cilaginosum sub vitreo comprehenditur aq̄
um 7 insipidum sub dolci ponticum vero 7
acre sub acetoso quod additum est: quoniā
p̄ma p̄mi de humoribus omnes istas spe
cies denominat. flegmatis acetosi absqz
febre vr̄ina glauca vel pallida in substā
tia mediocriter tenuis in parte superiori cui
quadam lūiditate siue obumbratione. Eius
vero que est ex febre vr̄ina est subcitrina re
missa in substātia mediocriter tenuis cū ali
quantula obumbratione in parte superiori.

flegmatis dulcis absqz febre vr̄ina est ci
trina p̄ totū sp̄issa sine obumbratione 7 lūidi
tate 7 maxime quando est flegma dulce per
admixiōem sanguinis cū flegmate insipido
Eius vero q̄ est cum febre vr̄ina est in colo
re flaua: uel sub ruffa in substātia per totū

aliqua lter sp̄issa. flegmatis salii absqz febre
vr̄ina est in colore citrina: mediocriter tenuis
in substātia. Eius vero quod est cū febre uri
na est sub ruffa: uel ruffa in substātia medio
criter tenuis. flegmatis vitrei absqz febre uri
na alba 7 pauca cū globa in fundo siue cum
residentia globosa: uel trumbosa. Eius vero
quod est cū febre vr̄ina est subcitrina globo
sa.

De coloribus vr̄inaz in sp̄ibus colorum
apparentibus.

Colere natura

lis absqz febre iam dictus est co
lor vr̄ie. Quod si febrē fecerit 7
maxie tertianā siue interpollatā ex mā ad
extra putrescēte. Vr̄ina est in colore ruffa uel
subruffa. Rubea uel sub rubea: ad sensū da
tum supra de colore vr̄ine rubeo in substā
tia p̄ totū tenuis cū aliqua obumbratione
in parte superiori. Quod si feb. fecerit conti
nuam ut cansonēz ic. Vr̄ina erit rubicūdiōz
cū substātia tami per totū. Color nō na
turalis quatuor sunt species. Citrina: vitelli
na: prassina: 7 erugiosa. Vr̄ina citrine sine fe
bre ē citria i s̄dā mediocriter sp̄issa tenuis si
ue obumbratione in parte superiori. Et⁹ ve
ro que est cum febre: color vr̄ine est citrinus
intensus vel flauus cū substātia ut supra.

Vitelline absqz febre color est citrinus in
substātia mediocris. Ista tamen remittuntur
7 intenduntur fm maiōrē aut minōrē admix
tionē colere cū flegmate. Colera p̄ssina 7 eru
ginosa nō cōsueuerunt inducere febres neqz
habitare in venis nisi post maximas egritu
dines corumpentes sanguines 7 humores.
vnde non habent vr̄inaz colorare. Q: si abū
dat in stomaco reperiunt 7 mittuntur p̄ vom
itum aut successum: 7 inducūt fortissima acci
dentia: 7 quādoqz mortifera apostemata.

De coloribus vr̄inaz in sp̄ibus melacolie
apparentibus.

Am dictus est

color vr̄ine melacolie nālis duz

*Quidam suenerunt inducere
febres neqz habitare in
venis s //*

est absq; febre. Eius vero que est cum febre
 7 maxime in die post diez accessiois appa
 ret citrina vel subcitrina cum tenui substan
 tia iaz supcalesacto hūoze a caliditate putre
 dinali. In die vero ante accessioem 7 in die
 quietis vrima ē discolorata tenuis: ut de ua
 turali sine febre cum nodū in ipsum humorē
 egerit calor putredinalis. Aliquando vero
 apparet nigra quando soluitur quartana p
 vias vrine. de qua supra. Melacolie ve
 ro naturalis siue febre urina ē subcitrina pa
 leari vicina in substantia p totū tenuis. Eius
 vero que ē cum febre p accessioem ē ruffa nř
 sub rubea ante accessioem ē citrina: vel sub
 citrina: 7 in sbā p totū tenuis.

De coloribus vrine in sanguine apparen
 tib⁹.

rina rubicun

da p totū satis spissa cum qua
 dam liuiditate in parte superiori
 peccatū sanguis nō nāliter ebullientis signifi
 cat. vñ supius rubicūda 7 inferius maifeste
 liuēs i primis dieb⁹ 7 in sequētib⁹ i colore
 iops vel uino nigro corupto similis augma
 stica significat. Illa vero que ē in colore ru
 bicūda in primis 7 in sequētib⁹ diebus us
 qz ad sui finē: omotenu significat 7 similis ē
 illa q p auginastica significat. Postremo
 notadū primo q: i corūnis apparet illi co
 lores qui apparēt i uterpollatis: sed vtrunqz
 debēt esse itāstozes i otinuis pp maiorē ebu
 litiōē: 7 i sbā debēt eē magis spisse 7 turbī
 de ppter maiorē cōturbatiōem 7 ebullitiōem
 Secūdo q: colores vrinaz variantur in fe
 bribus oppositis mixta diuersitatem hūozuz
 peccatiū. vñ i emitrēto in quo ē plurimū co
 lere 7 modicū flegmatis apparz urina ruffa
 vel subruffa cū mediocri sbā. Qz si fuerit nō
 cū mltā colā 7 cū mltō stāte erit rmissior ut
 flaua cū sbā grossa. Et cōstār suo mō dicat
 de alijs: tua itaqz ē hos gradus fantasare.
 Nam ifinitē pene sunt ut patet. Ex quib⁹
 omibus hētur iudiciū de febrīb⁹ spīs simpli
 cib⁹ 7 oppositis p colores vrinaz sic declara

tos: iuxta illa que pmissa sunt de colore vri
 ne i affozissimis hētur. lxxij. quarte particule
 Quibus vrine limpide: aut albē male maxi
 mc uero si i nefreticis apparuit 7. xxxi. vij.
 Quibuscūqz distates siūt urine hīs i corpo
 re pturbatio sit. hic tamē applicari pōt 7 ca
 pitulo de sbā 7 tu cōsidera.

Capitulū tertiu de sbā urine.

Er substanti

am hic nō itelligimus sbāz sim
 plicē vel oppositā urine sed mo
 dū se habēdi in sbā ipius quo scilz ad grossē
 ciem: vel spissitudinē. Tenuitate uel subtilita
 tē uel mediocritatem inter hec siue ei⁹ dispō
 nem in tenuitate 7 grossicie ic. mō Aut. Et
 lz genus turbulētie uel claritatis d istinguan
 tur a genere sbē ab Auicēna secūda primū d
 vrinis tamen etiam sub eo oprehēdetur. Nā
 Auicēna sub rubrica de sbā vrine determi
 nat de turbulēta 7 clara: ut pz intietū. Nam
 de hoc genere nullā fecit mētiōem: nisi i capi
 tulo de sbā. Et quis ita sit tū scito q: uō om
 ne spissum ē turbulētū neqz ecōuerso filr: nec
 omne claz ē subtile: nec ecōuerso. Id op
 quod notandū q res ē aliquādo grossa op
 paca siue spissa aliquādo grossa clara: aliqū
 subtilis clara: aliqū subtilis oppaca siue spēs
 sa. Exēplū primū: ut carbo in quo remāse
 runt ptes terre pinate pibus diafōnis: aut
 qz multe sunt terre 7 pauce diafōne ic. Ex
 ēplū secūdū: ut cristall⁹: albumen ouis: gluten
 piliciū 7 hmoi. Nā multe sunt ptes in cristal
 lo diafōne aquee expanse 7 multe etiā torree
 opacte in quas penetrant in diafōne aquee.
 Exēplū tertij vt vinū depuratū multū: ut est
 maluaticū atiquū: nā multe sunt ptes diafo
 ne aeree 7 aquee omixte cū paucis terreis:
 hūc vō nullis. vnde diafōne dñant multuz
 ic. Exēplū quartū: ut i musto. In eo enī sunt
 multe ptes aquee subtiles: 7 iō dī subtile:

nō omne spissum est turbulētū neqz ecōuerso

In eo etiam sunt multe ptes terre cū ill
 aqis 7 aereis mixte ab eis nō sepate multuz
 7 nec multū omixte: hinc redditur opacum.

Quod si dicat de crystallo. Dicitur quod in crystallo di-
 asone sunt ita fortiter cum terreis mixte ut non
 sunt ab eis facili separabiles: ut sufficiens sunt
 grossas illuminare cuius oppositum est in musto.
 Et in summa causa diafonitatis est claritas prius
 Nam partes superficiales et centrales possunt ter-
 minare visus. Turbulentie vero causa est: quia cen-
 trales non terminant visus: sed bene superficia-
 les. Et hoc forte voluit autem. cum dixit de visis
 primo capitulo. Et cum dicimus turbulentias
 genus: aut claritatis intelligimus quod penetra-
 tio visus in ea est facilis: aut non est: sed adducat
 aliam causam et tu ibi. has autem duas contingit in
 urina posse comprehendere. Et quoniam de gros-
 scie et subtilitate est facta principalis intentio hic
 est advertendus modus quo comprehendit uri-
 nam fore grossam: aut subtile. Nam tentio uri-
 nali in manu dextra dicitur medicus indicem suum
 ponere ad latus urinalis distans per duos di-
 gitos vel tres usque ad quatuor: ita quod ipse cum vi-
 deat per vitrum et apprehendit eius quantitatem. Quo
 facto ponat eandem sub fundo distans ut su-
 pra et ipse precipiat per urinam tantum per medium
 et si digitus visus est ingrossari: vel apparue-
 rit sub manu quantitate: tunc urina erit gros-
 sa si non multum grossa videbitur tunc urina est
 subtilis. Et ratio quoniam quando spiritus transeunt
 de medio dempiori ad medium rarius fran-
 guntur a perpendiculari: et causant maiorem ba-
 sum in hac restrictione siue cingulum in oculo: sed
 quecumque sub maiori angulo videtur maiora
 apparet et sub minori minora. ergo ex digito
 visu sub urinali in magna grossicie iudicandum
 est medium per quod transeunt esse grosse aliis sp-
 paribus: et talis est urina: igitur etc. Et autem hic
 modus sit verus: oportet quasdam conditiones
 prius attendere. Prima quod digitus non mul-
 tum distet ab urinali. Secundo quod urinale non
 multum distet ab oculo. Tertio quod sit notabilis
 et mediocris quantitatis urine: quoniam quando
 pauca non sit multa refractione. Quarta quod op-
 tet medicum esse expertum in grossicie temperata: vel
 subtilitate: ut sciat sumere lapsum urinarum
 lapsarum in grossicie et subtilitate a temperata
 etc. Docet itaque medicum esse perfectum medico

nam partes superficiales et
 centrales possunt terminare
 visum

aut experto: hec sola quarta conditio sufficet
 Quidam tamen voluerunt hic uno signo tur-
 bulentiam grossicem claritatem et subtilitatem
 comprehendere dicentes quod si post urinale ponatur
 digitus: ipse male videtur: aut non multum
 clare comprehenditur. Tunc urina dicenda
 est spissa turbida. Si vero clare ac distincte et
 huius tunc dicitur subtilis et clara. Debet autem
 urina cadere ut medium inter oculum et digitum
 ut supra. Quod si medio modo comprehenditur: me-
 diocris erit. Qualis debet esse urina sani. de
 qua Avicenna de urina digesta. hec est me-
 diocris substantie tincture ad citrium trahens
 etc. Et iuxta hoc notandum est quod si plurima est
 substantia urine ponantur primo de crista: ta-
 men illa reduci possunt ad quinque: videlicet
 ad urinam subtilem absolute: ad grossam ab-
 solute: ad mediocriter spissam: ad mediocri-
 ter tenuem: et ad equalem: de qua equali sta-
 tum dicitur. Sed ut tactum est supra in pri-
 cipio secundi capituli siccitas et humiditas
 sunt causa factiva spissitudinis et subtilitatis
 Nam ab humiditate potest dupliciter ingrossari
 urina. Primo modo humores humectandi
 et liquidos ac cursibiles faciendo qui cum
 aquositate urinali permiscuntur eam spissam red-
 dunt. Secundo modo: quando ex nimia hu-
 miditate membra relaxantur per que facilius hu-
 mores cum urina exeunt: dato quod ipsa non red-
 dat ipsos cursibiles: immo ubi per angustiam
 viam et soliditatem membrorum materie siue
 humores retinebantur per relaxationem et am-
 plificationem descendunt non ex hoc facti cur-
 sibiles. Consimiliter dicendum de siccitate. nam
 siccitas uno modo facit urinam tenuem humores
 scilicet exsiccat et eos reddendo ineptos
 ad motum: ut sic ingrossantur: et cum urina
 exire non possunt: nec eam sic inspissare: ut
 si in epate sicco generentur humores sicci: et
 opilantes etc. Secundo modo quando membra sic ex-
 siccatu coaugustantur: et sic per viam angustam
 non possunt humores cum urina ad extra pro-
 pellere etc. Mediocritas autem inter hec medio
 modo disponit qualis debet esse urina sani
 et bene digesta. Que urina sani et bene dige-

Ita sic ab Avicenna describitur secunda pri-
mi de urinis. hec est mediocris substantie et
subtilis tincture ad citrinum trahens: et ipo-
stasis si ibi fuerit bone disponis secundum modum
que diximus ex albedine et leuitate et equalitate
et signum rotunde et odoris temperate: nec fetida nec
extincta: sed de hac plenius in fine eius de quan-
titate et de contentis tractatum fuerit. Ex quo
infertur quod per grossitatem et tenuitatem habe-
mus significare super multitudinem humorum
aut paucitatem: latitudinem viarum aut angustiam:
aut opilationem aut membrorum relaxati-
onem etc. Urina tenuis micta: que postquam
quiescit inspissatur aliqualem digressionem hanc oculum
tam significat. Nam natura commiscuit aliquam
substantiam cum aquositate et cum hoc ventum
et ille ventus impulit illam substantiam per to-
tam substantiam urine: et ideo in principio uisa
est tenuis. deinde per tempus exalato uento
substantia illa raro facta a uento inspissatur
unde et uisum spissa redditur. Urina spissa
micta: que postea spissa remanet maiorem
quam prima significat digestionem: nam natura fa-
cit potens perturbare: licet non fuerit potens
segregare. Cum autem spissa remanet significat
maiores impressiones ex parte uenti et humi-
ditatis. Urina spissa micta: que postea dispo-
nit et clarescit maiores habens omnibus digressionem
significat. nam ex hoc arguitur potentia uir-
tutis in segregando. Nam calidum est segrega-
re etrogena primo de generatione. Iste ta-
men urine significat egritudinem esse in pri-
ncipio precipue cum sunt cum uariis remissis.
Diuersificantur tamen quoniam quod
est micta spissa et postea attenuatur est maxi-
me prima augmento. Que uero est tenuis
et tenuis remanet est magis elongata. Alie ne-
ro medio modo et cetera. Quod si iste urine sic
perseuerant longo tempore longum morbum
significant. Urina ualde tenuis in omni dis-
positione significat priuationem digestionis
aut in uenis opilationem: aut epatis debilita-
tem: et canalium urine que non attrahunt nisi
quod est tenue et si attrahunt non eiciunt ex-
tra nisi quod subtile est. Sunt multe aque po-
tationem: aut uehementis frigiditatis com-

plexionem cum siccitate. Et dicitur est ualde
tenuis: quia aliquantulum tenuis non omnimo-
dam digestionis priuationem significat.

Urina tenuis: ut supra in egritudinibus ap-
parens debilitatem digestionis significat.
nam non sit debita commixtio partium grossa-
rum etc. quemadmodum debet fieri a uirtute.
etc. Nam potentia uirtutis in spissa monstrat
cum ad subtilem uenit et contra in subtile
cum ad grossum. Urina hec deterior est cum
apparet in pueris quam in iuuenibus. Nam cum
sunt humidiores eorum urine debet esse spissio-
res. Cum itaque in egritudinibus acutis ap-
paret signum quod magis elongatur a natura-
li dispositione et cetera. Tenuitas urine in crisi
sine ordine quando de grossa mutatur ad sub-
tilem reciduationem pronosticat. Et dicitur
sine ordine quando de grossa mutatur ad
subtilem. Nam tunc signum quod tunc reci-
nentur materie que subuersionem facere po-
terunt etc. Urina multum spissa secundum plurimum
maturitatis significat priuationem: et secundum mi-
nus humorum grosse substantie maturitatem
Nam uisum significans digestionem debet
esse debite substantie. Si ergo fuerit ualde
grossa significat impotentiam calidi subtilia-
tis. In statu tamen febrili de materia gros-
sa: et in apertione apostematum potest esse
signum bonum: ut in tempore quo natu-
ra consuevit facere crisin: hec uisum appa-
rens in acutis egritudinibus: ut plurimum si-
gnificat malum. Nam in eis propter subtilita-
tem materie debet apparere subtile que si
grossa apparebit: significat ebullitionem for-
tem et materiam ingrossatam per uiam adu-
sionis cum uehementis incendium denotabit.
Urina spissa micta in multa quantitate et spissa
est sanior spissa micta in pauca quantitate et pau-
lati. Nam prima significat obiam mae et uiculis
potentiam: extra secunda. Cum uisum tenuis in acu-
ta egritudine ad spissitudinem uertitur et non
sequitur requies et corporis lenitas. liquifactione si-
uificat. nam significat uehementis incendium aliquas
etc. unde apparet aliquod uictuositatis.

*urina hec deterior est cum
apparet in pueris quam
in iuuenibus*

Urina calida est segregare etrogena

pitis dolore 7 cōfractione 7 pulsatiōe in tym
poribus in corpore sano febrem futuram de
nūciat. Ex hīs enim arguitur ebullitio in
materia a qua eliciāt vapores ad caput hec
signa facientes. Urina tenuis in cuius pri
bus rubedinis 7 citrinitatis fuerit diuersitas
laborem inflāmantem significat. Lassitudi
nem ex inflāmatiōe contingentem . nam hoc
comprehenditur ex diuersitate illoz colo
rum: quozum quilibet significat caliditātē 7
inflāmatōem. Et ego vidi hanc vrinam in
parte superiori iqueam: 7 in inferiori citrinā
hec vrina cum tenuitate in qua apparent in
fundo sicut fursures egritudine nō existente
in vesica aduersionem flegmatis significat.
si ad rubeum calorem declinauerint: signifi
cat aduersionem in renibus adesse. Urina spiss
sa in febribus acutis ad summū multos sig
nificat hūiores: 7 fortasse significat liq̄factio
nem. Nō eim in acuta ex paucitate humorū
alijs paribus debet vrina grossa fieri vt pa
tet. Urina spissa remanēs spissa ī pauca
q̄titate micta: casum virtutis denūciat.

Urina micta aquosa: que aquosa remā
net significat priuatiōem digestiōis omio: nā
est signum iporetie caliditatis digerentis: 7
etiam debite expellētis coleraz. Uria na
turalis coloris que facilliter migitur supflue
spissa 7 multa fm plurimū significat bonita
tem expulsiōis multarum materierum: dato
q̄ aliquādo significet perditōem. Ex facili
tate mictis eius 7 multitudinē arguitur po
tētia virtutis 7 obedientia materie. Quod
si fuerit pauca 7 difficulter micta expectat
perditio: quoniam arguitur q̄ ibi sit multitu
do materie cum debilitate virtutis. Uri
na spissa bona est in crisi bus egritudinū sple
nis 7 februm permixta: 7 patet. Urina
spissa in qua sedimē ē arenosum significat la
pidem. Nam lapis nō est aliud q̄ arena ꝛ.

Nota tamē q̄ si illud sedimē ē albū signi
ficat lapidē vesice. Si vero rubeum renium
ꝛ. Urina spissa que apostematam signi
ficat apertōem: ut vidi in pleureti cognoscit
ex eo quod ei admiscetur 7 ex eo quod pre
cessit. Nam apertō-apostemate apparet ī urī

na materia saniosa reddēs vrinam spissam
7 est fetidi odoris. Cōsimilr p̄ctale fursures
7 huiusmodi sunt signa huius deuotiōis fru
stra talia ab epate decēdi. Ex eo quod p̄ces
sit quoniā ubi prius fuerit significatio apo
stematis vesice renū vel epatis int si ap̄a fue
rit ī gibbo debilitate vtute epatis ī sequestrā
do sanguinem vrina prius apparz ut lotura
carnis recētis. Sitr si in ocauo reludate mā
ad itestina: egestio silis videbit. Itē ī pleure
si si vria spissa ꝛ ut sup̄ videbit significat ap
tionē apostematis: materia trāseūte p̄ artcri
am adorti: aut venas sibi pp̄iquas. Nā hec
sunt pp̄ique pleure . vnde p̄ pozositates de
scēdedo ingreditur vias vrine ꝛ. vnde Hui
cēna de substātia vrine: tūc apostema quod
ē apostematū lateris exiit ex parte arterie
maioris. Quod si sanies fuerit bñ digesta o
ueniens ꝛ. non tamen q̄ via transitus saniei
hora crisi ad vias vrine nō est medica beñ
nota. Urina spissa in sano qui dimisit ex
ercitium in qua apparet sicut pus 7 vir^o te
hne: quandoqz est signum liberationis lassi
tudinis in quam incurrit ex dimissione exer
citiū Nam tunc comprehenditur materiam
congregatam euacuari: que erat ut pondus
7 grauedo ꝛ. Urina spissa sic egrediens
aliquando significat de opilationē epatis 7
venarum ante ipm: aut splenis aut stomacē
ꝛ. Comprehenditur autem ex dolore 7 gra
uamine 7 ex colore: quoniam si fuerit ex sple
ne erit illuc dolor 7 tendet ad nigrum: cui ab
eo colera nigra veniat ꝛ. Et cōsimiliter d̄ ali
is. Nāz in opilationē epatis vrinā spissa ap
parens significat aptōem opilationum ei^o 7
viarum vrine p̄pter quod expectanda est in
liberatōe opla flux^o epatici otingētis ex o
pilationē ꝛ. Uria spissa silis vrine alioz uel
alioz aialitū q̄ declinat ad albedinē cū p̄tici
patione cuiusdam citrinitatis humorum cor
ruptionem significat. Et quod magis signifi
cat est flegma crudum: in qua aliqua calidē
tas operata fuit 7 ipsum cum grossa vento
sitate ebullire facit: significat 7 quandoque
dolorem capitis vennum: aut silicidium
flegmatis a capite ad tracheam arteriā q̄ s̄

pfeueraverit significat litargia. urina tenuis q̄
 siccis ē i diabete: n̄ ei siccis pfeuerat i egritudi
 b^a acutis cū pmixtiōe rōis morte p̄notificat p
 pter ea q̄ m̄ae sup̄ueniūt cerebro: ⁊ aufertur
 anīma secūda p̄mī. Urina tenuis i grossaz
 ouersa in febre acuta cum signis bonis signi
 ficat crīsim cum sudore. Quod si nō fuerint
 signa bona ⁊ aderit febris uehemētis inflā
 matiouis significat inflammationem in corde
 aut epate. Urina grossa que ante crīsim
 clarificatur in febre acuta est signū nō bonū
 Illud enim ē signū retentiōis materiē ⁊ de
 sectū nature in expellēdo eas. Urina grossa
 turbulenta in qua non residet aliquid nec cla
 rificatur significat ebullitionem ppter vehe
 mentia caliditatis extranee ⁊ debilitatem in
 nate digerentis: quia ppter in morbo acuto
 est mala: ⁊ hec ē ut subingalis. Propter
 quod notādū q̄ dupl̄r causari potest hec uri
 na turbulenta siue subingal. vno mō pp mor
 tificatiōem caloris: qz cū debilitat eā ⁊ debi
 litat effectus. S; sequestratio partiū subtiliū
 um a p̄tibz grossis sit a calore: ergo ip̄o de
 ficiente sequitur p̄mixtio subtiliū cū grossis
 Et est simile sicut inspissatur urina ab acre
 extrinseco quādo corrūp̄itur. Nā medici or
 dinant: ut teneatur in loco calido: ut supra
 ut fiat hec p̄mixtio ic. Et si queratur
 quare partes terre derelictē ic. nō descēdūt
 ic. d̄r q̄ hoc ē ppter puitatez eaz. vnde red
 duntur ipotentē ad diuidēdū mediū. nāz in
 eis sic puis ē fatis remissa grauitas. Aliomō
 fit ppter fortem ebullitiōem. Nam cū accidit
 ebullitio i humiditate que est cū sanguie trā
 missa: etiam ebulliūt humores ad intra v̄as
 vnde partes fecales grosse om̄iscantur cū illa
 aquositate: ⁊ quia aquositas facta est re
 bellis: ⁊ nature disproportionata mem
 bris: hinc insurgit virtus expulsina: ⁊ ex
 pellit ipsam sic turbidam per v̄nas vsque
 ad venam chilis: ⁊ ab ista per venas emul
 gentes ad vesicā: ut supra in p̄cipio tracta
 tus. D̄r etiam hec urina mala in morbo aci
 to nam cū materia faciēs morbū acutum sit
 subtilis etiam urina debet esse subtilis. Si
 ergo est grossa significat uehementem ebulli

tionem ⁊ grossam mām p viam adustionis
 ⁊ multa debilitatē calidi non potentis subtri
 liare ic. Sed urina subingalis que est ex ebn
 litiōe appars in p̄cipio que vero ex mor
 tificatione apparet in fine morboz acutoz
 Et de hac urina loquitur Galienus quarto
 affoz om̄to. lxx. ppter enim humoris cor
 ruptionem ⁊ actionem caloris fortis in ma
 teriā grossam: ex qua actionē accidit ebulli
 tio cum ventositate grossa turbante sit: hec
 urina quemadmodū videmus in actione ig
 nis in picem rasinam ceram ⁊ huiusmodi.
 Nam statim apparet ex actione ignis aliq̄d
 talium eleuatio rei corpulente turbate ex vē
 tositate grossa eleuata. Unde ppter p̄notifi
 cationem subdit Galienus. Quedam autem hu
 iusmodi v̄inarum turbulente existunt: que
 dam ipostasim grossam velociter faciunt qz
 cum fiat velocitatem cessante morbi signifi
 cant. Que vero ipostasim non faciunt ⁊ tur
 bulente existunt: ut est subingalis si virtus ē
 fortis longum morbum significat: si debilis
 mortem. Ex parte coloris ⁊ substantie simi
 lē: urina oleaginea: cuius color ⁊ substantia est
 similis oleo est mala: si tamen alia appare
 rint signa bona non est verenda. Item muta
 tio vrine subito de signis laudabilibus ad
 signa vituperabilia in egritudinibus acutis
 significat mortem: quoniam significat subiti
 casum virtutis ppter p̄anitatem accidenti
 um. Urina oleaginea: quādoqz significat
 p̄mixtionem rationis: ⁊ specialiter quādo
 facta est ex exsiccatiōe: quia tūc facta est eli
 q̄tio ⁊ consumptio humiditatum cerebri ic. ⁊
 hoc in egritudine acuta. Urina que i p̄
 cipio acutarum conuertitur ad grossiciam:
 ⁊ ad albedinem ⁊ remanet sic lenta ⁊ turbi
 da: ut est vrina asini: ⁊ incipit exire in volū
 tarie cum vigilis ⁊ inquietudinibz significat
 spasimā v̄riusqz lateris: cui succedit mors ⁊
 spāl̄r qz nō fuerint signa alia bona iuncta.
 In affozisimibz habetur de substantia vrine
 quarta affozisimoz. lxx. affozisimo. Quibz
 vrine grosse ⁊ globose nō sine febre multitu
 do ex h̄is tenuis veniens inuat. Maxime
 vero talia sunt quibus ex p̄cipio vel p^a

principium: aut celerius ipostasim habent.

Item. lxx. eiusdem. Quibuscuq; in febris
bus vrine cōturbate velud subingalūz hīs
capitis dolorem: aut ad sunt: aut aderunt.

Capitulum quartum de quantitate vrine

Quantitas uri

ne sumitur ex eius multitudīe
paucitate ⁊ mediocritate. vrie

enim multitudo sine quantitas multa ex sep-
tem cāis sumi potest. Primo quidez mlti-
plicatur vrina ob cibū multū ⁊ potus assup-
tionem ⁊ potus precipue vt supra. vnde si qd
cibū multū ac potum assumpserit ⁊ nō forti
exercitio: exercitetur aut sudorem non multū
plucanerit: aut non fuerit multum calidus
⁊ siccus: ⁊ vrinam paucam fecerit suspican-
dū ne illa aquosa superfluitas retenta in lo-
cū mediū inter syphac ⁊ mirach comprehendē-
datur ⁊ tandē idropem pueniat: cū hīs ta-
men hic attento qd fluxū ventris non paciat
nā ex mltō secessu paucificat vrina q̄to af-
fōz. Secūdo multiplicari potest ex imple-
tione multoz humorū in venis existentium:
a quibus multa refecatur humiditas in ve-
sicā descendēs. Tertio mō in via crīf natu-
ra creticante p illaz viā. Quarto quādo
febris est incensina liquefactiua liquefaciēs
humores corporis vt aīz dissoluitur flegma
spālri: aut cū dissoluitur hūiditates natura-
les: vt in principio ethice: vnde tunc sequit
nō alleviatio: sed aggranatio: ⁊ tūc apparet
vrina vinctiosa: ut supra in precedenti capī-
tulo. Quinto ppter nimiam renū calidi-
tatez: attrahentē ad se aquositatē ab epate:
antequam digō fiat in eo: ut est in diabetica
passioe: ⁊ tūc vrina est valde multa ⁊ aquo-
sa tenus quēadmodum accidit in crapula.

Sexto usus diureticoz virtū aquosi ⁊ h^o
mōi: que vrinaz multiplicat. Septio pui-
tas expulsiōis aliaz superfluitatū: iuxta illō cō-
mune: tria sunt que augmētata se diminuūt:
⁊ dimiūta se augmētant: Sudor: egō: ⁊ vri-
na. Paucitas vero nouē cāis fieri pot: Pri-

mo quidē pp paucitatē cibi ⁊ pot^o. Secūdo
evacuatio p altas regiōes: ut ē egō sudor ⁊
hmōi. Tertio opilatio in viis vrialib^o: aut
collo vesice cōtingēs: ut in calculosis aut ali-
ter quōz ex alio hūore zc. Quarto qz aquo-
sitas retinet in loco aliquo: ut in idrope.

Quinto pp nimia febrile caliditatē cōsumē-
tem humiditatē: ut cōtingit in febre acuta: ⁊
ē signū mortale: Sexto pp mortificatōez ca-
loris ⁊ virtutis: ut in p̄mis mortū. Septio
pp nimia frigiditatē paliticantē vesicā ut in
stanguria. Octavo ⁊ particularius ex apo-
stēate anī: aut colli vesice ad extra: aut apo-
stematū matricis coartantis collā vesice ut
qñ factū ē in ateriori pte matricis: aut cōstri-
ctis vesicā: ita qd nō potest simul multa q̄-
titas emittē: sed necario paulatī mingit que
admodū cōtingit in pregnatib^o i qb^o fet^o cō-
p̄mēs vesicā ē cā frequentis mictus ⁊ pancē
hec tū cā sub eo qd dictū ē de opilatōe cō-
phēdi pōt. Nono cruditas ⁊ opacitas hūoz
pōt esse cā paucitatis vrine quoniā sic dispo-
siti nō descendūt cū vrina: sed remanēt fixi zc.
De vrina pancē q̄tatis ingratū ē. qd ipa v-
tutis significat debilitatē. Et illa qd ē minus
eo qd bibit resolutōez multa significat ⁊ ap-
titudiez ad idropē. Sz oīz ista moderare ⁊
nerificare ex hīs que dicta sunt de cā pau-
citatū. ⁊ tū cōsidera. Tria multe q̄tatis q̄z
significat liquefactōez ⁊ tūc ē mala: q̄z sup-
fluitatū liquefactaz zc dictū ē. Vrina diuer-
saz disponū: que q̄z mingit multa: q̄z
panca. ⁊ q̄z retinet ē significatio laboris
⁊ pugne nature: ⁊ ē significatio mala: quoni-
a significat nāz nō eē potētē ad cōtinuadum
motū ⁊ pugnā cōtra māz ⁊ q̄z significat gros-
situdinē hūoz ⁊ qd ipi difficulter suscipiūt di-
gōez. Si feb. fuerit geta significat lōgitudi-
nē pp grossiciē hūoz. Multitudo i acutis ē
egritudinibus cū p^o ipaz nō adueniat requi-
es ē significatio ethice ⁊ spasmi ex inflammatōe
one ⁊ sudor: quia. s. si p^o eū nō sequit req̄ez.
quoniā ē signū eliquationis ⁊ inflammatōis. hu-
miditatum ⁊ exsiccationis earum: ⁊ ex cōs-
sequenti non mīretur si spasmus de siccitate
expectatur ⁊ precipue in pueris ⁊ filib^o zc.

quodque multiplicari potest
ex frigore in multitudine
humorum in venis existentium
civili

Ex quibus concluditur q̄ mediocritas vri
 ne ex causis medijs causatur. Et tu conside
 ra. Et congruum videtur: ut post de
 terminationem de substantia vrine: et ei⁹ q̄
 titate: agat de qualitate sepatōis ei⁹. Itēq̄
 aduertēdum q̄ quādo patiens febrem acuta;
 nō potest migere nisi parum et cum dolore
 absq̄ vulnere: aut apostemate in instrumen
 tis vrine. et habet pulsum frequētem et debi
 lem ē signum malum. Cum retinetur urina
 i febre cōtinua: et est vehemētia doloris ca
 pitis et multitudo sudoris signum est futuri
 spasmi. Urina que guttatim stillatur i febre
 cōtinua et cum vehemētia doloris capitis et
 cū multitudine sudoris significat zuzesi. i. zē
 Urina que guttatim distillatur i quiete signi
 ficat fluxus sanguis narium. Quod si febris
 fuerit acuta iccēlinā significat dispōem malā
 et adueniētes cerebro. Et si fuerit quīeta sig
 nificat multitudinem repletōis et debilitatē
 nature i expellēdo. Et cū vrine i egritudib⁹
 acutis egrediētis i volūtariē est debilitas v
 tūis: aut nocuentā i cerebro: et nō sit illud
 nisi ppter ascēssionem materiē acute calefēcē
 ad cerebz̄ quare cōicat ei mēbra lacertosa.
 In afforismis secūdus quire. Urina noctu
 multa facta modicū secessum significat et ex
 uerfo. Aliū. secūde. Quibuscūq̄ ex strā
 guria pleon inascitur i septē diebus pereūt
 si vero feb. superveniēte vrina multa fluxe
 rit. Stranguriam et disūriam repletio vini
 et fleubotomia soluit. Incidere vero venā:
 que est intus talum bonum. Postremo
 notādum q̄ mulieres plus multo mīngūt vi
 ris: ppter tres causas. primo ppter impotē
 tiam virtutis ad resoluēdū mās superfluas.
 Secūdo: quia sunt magis humide alijs pa
 ribus. Tertio: quia habēt vasa valde lata:
 et ampla. Et ideo caue ne ab eis sis decept⁹
 q̄ frequenter nō ostēdūt totam quantitatem
 vrine eaz: ne ex tāta quantitate ne dices in
 dicet eas multum potasse.

Capitulum quātū de cōtētis vrine.

*(mulieres plus multo mīngunt
 visis ppter tres causas)*

Er contentū

vri hic satis vtr̄ itelligo oē illō
 q̄ pōt colorē sbāz: et q̄titatē a se
 in aliquo in urina comprēdēditur. Unde et
 sub contento hoc modo odor et sapor et spu
 ma comprēdēditur plurimū in capitula spe
 cialia ac dīsticta de hīs fecerunt: sed ob ma
 iorem breuitatem omnia hec cum alijs cōtē
 tis sub vno comprēdendam capitulo. Con
 tenta itaq̄ sunt. xxi. scilicet odor: sapor spu
 ma: pinguedo: ampula. circulus: granula: ne
 bula: humor: pus: sāguis: spuma: atemus: ipo
 stasis: fursurum: crinoydes: squame: ciuis:
 pilus: sabulus: vapor. Et de decem et nouē
 tales reperūm̄ versus. Circulus: ampulla
 granuz: nubecula: spuma: pus: pinguetudo:
 pilus: sanguinis: arena: chinus: fursurea: cri
 uoydes: squame: partes athemose. spuma: ci
 uis: sedimen: spūs alta peteus. Quibus ad
 dantur odor et sapor: de quibus prius. Uri
 na odore priuata fm plurimum frigiditatē
 completōis: aut superfluum cruditatē sig
 nificat. Nam odor qui est qualitas secūda ex
 dominio coloris consurgit: et dē fm plurimū
 quoniam materia habētē raptuz ad superiora
 vt in frenesi discolorata et odore priuata: et
 tamen est ibi caliditas zē. Et quarto afforuz
 afforismo. lxxij. Urina talis plerūq̄ in acu
 tis egritudinibus extīnctionem caloris signi
 ficat: nam factus est impotens ad cōmiscēdū
 humores odores facientes in vrina propter
 eius extīnctionem et cetera. Cum vrina
 fuerit odoris fetidi et habuerit maturatiōis
 tunc significat scabiem: aut vlcera in instru
 mentis vrine. Quod si non adfuerant signa
 maturatiōis suspicandum est ex putrefacti
 one in venis existente hic contingere. clara
 sunt hec. Nam fetoz putrefactionem signifi
 cat. Item oportet signa alia notare de lesio
 ne aliorum membrorum: si canou iste verū
 cari debet. Cum talis apparuerit vrina: et
 non vicio illorum membrorum: et hoc in fe
 bre acuta signum malum. Nam vehemētē
 putrefactōē et rebellioē supfluitatē p̄tēdit.
 vria cō odor ē ad acetēdies trahit putrefactōz

humor frigidā substantiam habentiū signifi-
 cat calore extraneo supante. Nā calor extra-
 neus iudicēs in humoribus frigidis ebulliti-
 oēs causat faporē acetosum: lz etiā a frigido
 possit causari: ut prima primi de humorib⁹
 hec urina si in febribus acutis apparuerit:
 mortem pronosticabit: quoniam tunc erit sig-
 num q̄ hic odor causatus est a calore remis-
 so ⁊ mortificato naturali supante extraneo.
 Urina cuius odor ad dulcedinē trahit dñi-
 us sanguis significat ad dulcedinē. i. ad mi-
 tem ⁊ suauē: ut est odor lactis nel sanguis:
 ita q̄ debēs iudicare de tali odor prius de-
 bet habere noticiam de odore lactis nel san-
 guinis. Urina cuius fetor siue odor ē multū
 acutus māz colericā denūciat. Nā cū sit hu-
 mor subtilis valde calid⁹ ⁊ acutus hinc ei⁹
 odor ē. Urina cuius fetor vel odor ad acre-
 dinē trahit melācolicā significat materiā: quā
 melācolia ipsa est acri odoris. Nota ta-
 mē q̄ ⁊ flegma acre est huiusmodi quare di-
 stingue ex parte grossiciei ⁊ subtilitate vrine
 quando in flegmate est grossior. ⁊ In acutis
 egritudinibus cum fetor in vrina presentabi-
 tur postea subito remouebitur ⁊ nō fuerit se-
 cuta alluuiatio signum erit casus virtutis:
 quoniam ex quo non alleuiabitur signū erit
 cum alijs in materia putida retinebit: ⁊ q̄
 virtus facta est impotēs expellere. Postre-
 mo scito q̄ cū in sano vrina fetida perseue-
 rauerit significabit febrizum putredaz euētū
 aut retentem putrefactōem minozari: q̄ ex
 consequenti alluuiatione apprehēdetur p̄ ei⁹
 mictum. Nā perseverante putrefactione nō
 alluuiato corpore merito expectande sint fe-
 bres ⁊c. De sapore autē quomodo multi-
 trufatores dicūt esse necessariū ad cognitio-
 nem disponū vrine dico verbū Auic. secun-
 da primi de vrinis primo capitulo. Sunt q̄
 dam q̄ inter hec genera ponit genus tactus
 ⁊ genus saporis: sed nos picimus. Urina ta-
 meū salis est saporis: vt supra.

De circulo.

Circulus est

quid supeminēs urine: ⁊ ideo a quibusdā p-
 nūciatur nō esse vere inter cōtenta vrine em-
 merandus: de quo circulo ⁊ eius significatō
 ne in dispōne hūani corporis est suspicandū
 ut sit satis efficac⁹ signū: imo iter signa nedū
 fortia: sed neqz mediocria sit numerād⁹. Cū
 ab auctoribus nostris prestantissimis: qui d-
 significationibus supris ab urina ⁊ cōtentis
 eius nulla de eo ⁊ spalis fiat mētio. Unde
 neqz ipo. neqz galie. neqz isaac neqz Auicē.
 de eo quicqz dixerūt. Salernitani tamē de
 eo mentōem fecerūt: qui fortasse ex longa vr-
 ine inspectōne aliquid veritatis ex eo cōpre-
 henderunt. Et quod dictum est de eo intelli-
 gatur de granis ⁊ partibus atomosis. Et quo-
 niam iuuenes maxime omnia intelligere cu-
 piunt: hinc breuius q̄ potero suis locis men-
 tionem faciam: non obmittens que erunt ad
 eoz plenam intelligentiaz. Circulus ē sbā
 multū aquosa ⁊ diafona ex p̄cipatōe p̄tū
 multū aereaz in circūfercutia vrine uilu cō-
 p̄hensa. Et dī comprehensa quoniam etiā ei⁹
 substantia p̄ totā superficiē vrine expandit: que
 tamen nisi nō cōprehendit. Et sicut in supe-
 riori parte vrine: collocatur ita dicūt super
 partes corporis superiores: ut cap̄ i. habe-
 re significatōem: nam videtur ip̄ merari:
 ex partibus lenioribus materiaz petentib⁹
 superiora: Circulus albus spissus significat
 abūdantiam flegmatis in parte capitis po-
 steriori: eo q̄ in illa magis abūdat flegma.
 Circulus citrinus presentiam humorū co-
 lericorū in dextra parte capitis significat: eo
 q̄ in illa magis abūdat colera. Circulus in
 substantia tenuis colere pallidus uel infc⁹ hu-
 morū aut vaporū melancolicorū ascensuz ad
 partem sinistra capitis significat eo q̄ in ea
 parte est splen. Circulus in colore rube⁹
 in substantia spissus vaporū aut humorū san-
 guineorū ascensum in parte anteriori signifi-
 cat. Nam in parte anteriori sunt plures ve-
 ne ⁊ arterie que sanguinis multi sunt cōtenti-
 ue. Unde cōstantinus in viatico. Caput in
 quatuor diuiditur partes. Nam in postero-
 ri dominatur flegma. In anteriori sanguis.
 In sinistra melancolia. In dextra colera.

Et cū ab hīs causis circulus causari habeat
hinc ꝛ.

De ampulla.

Ampulla ē cor

pus parū rotūdū ex ventosita
te grossa: aut vapore icluso sub
partibus viscosis ⁊ aqvas vrine genitū in su
periori eius parte eminens. Nam vētositas
grossa inclusa in partibus illis ad superiora
elevator in cupum: quemadmodū videmus in
spūto emisso per calām a pueris. vnde faci
unt ampullas magnas. Naꝫ i medie vie spu
tū viscosū: aut aqua viscosa secū trabēs ae
rez incubū: ut in rotūdū elevator per subicu
sionē aeris petētis exitū: ⁊ ppter ipm spūto
uel aquaꝫ phibētēz sua grossa viscositate ip
suz exalare. Nā quādoqꝫ cōtingit qꝫ viscosi
tas ē pauce resistētē. vnde tūc facilliter fran
guntur āpulle: ut quādoqꝫ apparꝫ qꝫ scis
āpullis in migēdo vrinā statim rūpuntur.

Ex quo inferitur qꝫ alijs paribus qꝫ vinū
qꝫ transnascitur lōgiori tpe est melius illo qꝫ
paucō tēpore eas detinet: ⁊ dictū ē grossa vi
scosa ꝛ: quoniam si vētositas esset vald sub
tilis exalaret similiter: si humiditas nō esset
viscosa notabiliter nō resistētꝫ ꝛ. ita qꝫ requi
ritur hic quod dictum est. Et ppter iuue
nes sciendū: qꝫ quādo in homie reperitū hu
mores crudi viscosi ⁊ ventositas grossa: ⁊ il
li expullātur p vias vrine: tūc in eoz trāsi
tu per angustos meatus cōmiscuntur: ⁊ cum
ad extrapellātur vētositas petit exitū ⁊ ptem
superiores. Vnde humor sua viscositate exi
tus: talē phibēs ē causa: ut inde ampulla ge
neretur: ut dictū est. Ex quibus inferē qꝫ
alijs paribus quāto ampulla fuit mior iudī
candū est eam tāto magis per āgustiores vi
as deriuatā eē. Vnde multi volūt cū āpulle
suerūt grosse iudicādū eē super dispōem sto
machi ⁊ mēbroꝝ nutritiuoz: quoniam vie sūt
latiores hīs que sūt mēbroꝝ superiorꝫ ⁊ cū
suerint subtiles sup dispōem cerebri ꝛ. In
fertur secādo qꝫ vrinali tali apparenē i mor
bo salicet cū āpullis multis ⁊ grossis ⁊ ipsa

44
pseuerate signū est lōgitudinis morbi ipsius
Inferitur tertio qꝫ hecurina lutur lapidē
in renibus pnoticanur. Nā cū hūiditas ista
viscosa p ipos renes transeat: que nō digeri
tur nllī in longo tempore arbitrādā eaꝫ ibi
detineri cū ipa sūt grossa: ut suppositū ē ⁊ lo
cus angustus: quare in tempore aduretur ⁊
in lapidez cōuertetur. Et hoc est quod volū
it ipo. septio affōꝝ affozismo. xxxij. Quibꝫ
cūqꝫ in vrinis supnatāt āpulle hīs nefretica
significāt ⁊ lōgā egritudinē fore. Inferitur
quarto qꝫ iste significāt viscositatē humoruz
⁊ vētositatē grossaꝫ i corpore habūdātes: pꝫ
quoniam sūt effectus harꝫ caz. Inferitur
quinto qꝫ talis urina apparēs i morbis renū
ē iudicāda mala: pꝫ quoniam ostēdit materiā
ex qua facillī generari potest lapis: etiāꝫ ma
teria viscosam grossam frigidā ac vētositatē
grossaꝫ frigidā ac vētositatē grossam: ex quī
bus renes ipi multū granari pūt ob caz au
gustias vias. Viscositatē aut āpullaz maio
rē aut miorē cōprehēdemus: ut de spuma dī
cetur. Et tu ibi.

De granis.

Granis sunt cor

pora pua que ppter eoz parū
tatē nix uiluz mouent: ⁊ genita
sunt ut āpulle: sed ppter eoz puitatē nō dicitū
tur āpulle: ⁊ ista apparēr in circulo: ⁊ aliqūā
do sub circulo: ut dictū fuit in de vrina preg
natū. habent aut modicā significatōez vltra
illud quod dictū fuit: nec de eis veteres mē
tōem fecerūt: significāt aut mām reumatizan
tem: ut de minutis ampullis ꝛ. Scito tamē
qꝫ causa in eis nō est ita fortis sicut i āpulla.

De nebula

Nebula est que

dā obūbratio in superiori regi
one urine apparēs ex aduistiōe
hūoz genita nō facta aduistiōe in hūozibꝫ:
⁊ maxime in principio febrū in magna epa
h

tis supercalefactōe accidit ab hīs vapores
 magnos cleuari: q̄ expulsi cū aquositate vzi
 nali. deinde sua natura supiorē regionē vzi
 petētes ip̄m obābrant. Ex quo apparz q̄
 tali apparēte debet esse difficiltas anhelit̄
 Et forte hoc ē q̄ quidā dixerūt ip̄am signifi
 care angustia pectoris fm plurimū. In affo
 risimis. lxxi. quarte. Quibus secūdo die cgrī
 tudo terminatur hīs nubē habz rubea quar
 ta die nrima 7 alia signa fm roem.

De spuma.

Spuma nō est

aliud q̄ multaz ampullaz ag
 gregatio: que ex eis d̄ sit causi s
 ex quibus ampulla. Sed vltra illas nota
 q̄ caliditas i humoribus ebullitiōē inducēs
 7 magnam partē in vaporē quertens ē causa
 factiua spume 7 ampullaz illis vaporibus i
 clusis: vt dictū est. Sed due cause dicte fue
 runt imediate hec nota. 7 tertia meditata.

Cognoscitur spuma que a calore generat̄:
 ab alia que ex alijs generatur cāis quoniam
 illa ē tincta parua 7 minuta: alia vero econ
 tra. Ex quo infertur q̄ aliquando habet
 significare super mām frigidā grossaz. aliqñ
 super fortem calorem: p̄ sui colorē etiā signi
 ficamus sup mām: 7 cū fuerit alba sup frigi
 dā 7 cridā: 7 sic ut plurimū ē. Citrina vō su
 per mām colericā grossam 7 viscosam: vt in
 icteritia citrina. Item in supercalefactione
 epatis. Nigra super melācolia flegmatī ad
 mirtaz: vt in icteritia nigra viridil significat
 adustione. Linens mortificatōez spuma ma
 gna: quia longa lata 7 p̄sunda: 7 quando ē
 vnins digiti vel circa multā viscositate 7 vē
 tositatem significat ecōtra p̄na. Eius autem
 viscositas magna aut parua cōprehenditur
 ex conuassatione vzinālis. nā si ex tali con
 quassatione spuma cito frangitur est pauca
 viscositatis si tarde multe 7. Spuma multa
 7 āpulle multe p̄seuerantes significat opilatō
 nem. nā signū ē q̄ corpus abūdat vntositate
 multa: que si p̄ vias tā angustas a natura ex
 pellitur: signum est q̄ opilatō in alijs vīs p̄
 quas natura cōmodius poterat expellere cō

siderā.

De pure.

Es est humi

ditas putrefacta in fundo vzia
 lil apparēs: d̄ quo dicitur am
 plius: cū locutus fuero de ipostasi. Potest
 hoc pus a pluribus locis puenire. Primo
 ab ulcere colli vesice: 7 est fm plurimū 7 tūc
 patiens sentit in extremitate virge: 7 est sani
 es multa: 7 sentitur fetoz notabilis ex eo odo
 ratu 7. que collige: xix. tertij capitulo pprio
 quando est ex ulcere in poris vtridibus. Et
 tunc sanies est pauca: non cū fetore tanto 7.
 Quandoqz est ex renibz. Quandoqz ex epa
 te. Quandoqz ex apostemate aliunde genito:
 ut est videre in pleuresi cum nā purgat per
 illas vias: vt supra. dolor enim 7 cetera sig
 na distinguit inter hec. Et si fuerit ex epate
 dolor in parte dextra sub ipocōdrio 7. nā si
 gna distinctina suis collige capitulis: nō icō
 uenit tamen aliquando emittere mām sanio
 sam dato q̄ nō fuerit ruptū apostema aliqñ
 in mēbro particulari 7 tu sidera. In affo
 risimis q̄ta affoz affozismo. lxxi. Quibus
 in vzināli via vel virga pustule nascuntur. Ita
 ue facta 7 erupta solutio sit. Sed scito q̄ qñ
 vlceraō ē in carne sanies ē multa si in venis
 vel arterijs: tūc nō fluit sanies sed sanguis de
 pinguedine.

De pinguedine

Inguedo est

substantia ut tela aranea vinctio
 sa in superficie vziue apparēs: hec
 nanqz vinctio: quandoqz ē vicio renum
 ut ex forti calore liquatur eoz pinguedo: qñ
 qz ē ex liquefactiōe pinguedinis sine vinctio
 sitatis mēbroz. Comprehenditur enim d̄ra
 ex hoc: quoniam ex liquefactione mēbroz. pue
 nit semp ē cū febre 7 extenuatiōe corpis pau
 ca mali coloris: pauca q̄titatis 7 vinctio: ita
 illa nō ita cito videtur post eius mictū prop
 ter fortem eius cōmixtiōē cū vziua imo stat
 p̄ tempus 7 nō ē ita in superficie: sed cōprehen
 ditur ipsam eē magis mixta. Et ista ē vzia

que coluenerit apparere in precipio ethice. Et ideo tu iuuenis practice fac vna ei^o de quo e suspicio de ethica quiescere. Na in secuda spe apparet oleaginea a medio superius. In tertio vero per totum tu causas coprehē de. Alij q in prima specie apparent quedaz gūte oleaginee. In secuda tela. In tertia ut oleū. In ea vero que ex renibus est vō uecelario e febris vna e multa bene digesta zc. Et apparet in superficie vrine pinguedo statiz e tela magna ppter multitudiē pinguedinis renū: 7 quasi videtur sepata ppter ipam nō esse mixtam: eo q appropinquis membris veniat. In affozimis. vii. affō. xxxiiij. Quibuscūq; pignis ipostasis 7 globata his uesreticam significat 7 acutam fore febrē.

De pilo.

Plus e quedā

